



6
41/1/D
1

CANTICVM
CANTICORVM
SALOMONIS.

[illegible]


PARAPHRASIS
IN CANTICVM CANTIC. SALOM.
D. IOSEPH GIRALDI CENTEN.
Joseph. Greut. incid.

IN CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS PARAPHRASIS


AVCTORE

IOSEPHO GIRALDO

PRESBYTERO CENTENSI


Cum duplici Indice, Locorum Sacræ Scripturæ & Rerum.





ROMÆ, Anno M. DC.LXVIII. Typis Iacobi Fei A.F.

Permißu Superiorum.



SANCTISSIMAE VIRGINI ET MAGNO DEI GENITRICIS SPONSO.





ESTRAE pietatis Delubro, VIRGO Sacratiſſima, & Magne Patriarcha IOSEPH DEI Genitricis Sponſe, ſummæ deuotionis, & obſeruantiæ meæ arborem,

fru-

fructusque dedico; cor inquam immolo, & hanc paruam paraphrasim à me supra sacrum Canticæ Poëma compositam, à Spiritu sancto in illibatorum Sponsorum dilectorum, & Dei amantium Panegyricon contextum, inter quos Vos primas tenetis sedes: Sponsi nomen, & Sponsæ affectum, & amorem indicat maximum, inquit Bernardus; In his enim omnia communia, vna hæreditas, vna mensa, vnus lectus, & vna caro, hoc in vobis nomen charitatem, qua in Proximum exæstuatis, demonstrat. Ideo mihi facile persuadeo, huic meo opusculo, quod vilis apparet Pastoralis, patrocinari non fore dedignaturos; Ecclesia namque à Vobis summopere amata, ouile nuncupatur, & vester Dilectus Filius Pastoris nomen non recusauit: *Ego sum Pastor bonus*;

& erit

& erit vnum ouile, & vnus Pastor. Abie-
cti quoque styli humilitatem non
aspernaturos confido; vos etenim
humillimi estis, & humilitatem sem-
per fuistis prosequuti. Vobis igitur
dico, & consecro, vt sub Vestræ be-
nignæ protectionis vmbra occulten-
tur, imò potius meę omnes sepe-
liantur imperfectiones. Dignemini
ergo (quod toto conatu etiam at-
que etiam rogo) hoc exiguum, par-
uum, & abiectum suscipere tribu-
tum; in testimonium, monumen-
tum, & confessionem mearum obli-
gationum, & illius quod Vobis de-
beo, propter innumera beneficia,
& acceptas gratias in meę vsque Ge-
nitricis vtero, ac vitam ipsam, quam
à Vobis recognosco, ideoque IO-
SEPH dicor. Precor insuper, om-
nibus Vestro à Filio nostrorum pec-
catorum veri doloris gratiam impe-

b trare

trare, conſcientiæ tranquillitatem, cordis pacem, & in preſenti vita diuinam gratiam, in alia autem vitam æternam. Amen.

Hæc exorat

Profundiſſima humilitate Veſtris proſtratus pedibus

Minimorum minimus ſeruorum Veſtrorum

Ioſeph Giraldus.

IOSEPHO
GYRALDO
In Literali Canticorum Explanatione.
D.HORATII QVARANTAE
ELOGIVM.

TENEMVS,VIR OPTIME,TANDEM TE REDVCEM,
IN LITORE AN COELO MAGNETEM, AN CYNOSVRAM,
NOVO, AN VETERI AB ORBE HERCVLEM, AN COLVMBVM?
AN TOT POTIVS E LABERYNTHIS
TOT LINEIS TVIS, ARIADNAEO QVASI FILO,
VNI PLANTAM, AN MANVM PRAEVIAM VERITATI?
QVAM OPERI IMPOSVISTI CORONIDEM,
IPSA TIBI ASTRAEA IVSTITIÆ REPOSVIT IN CORONAM,
ARACHNEM ETIAM TE TVAS DICEREM INTER LINEAS;
NISI MINERVAM POTIVS TANTO TE PRAESTITISSES IN STAMINE;
QVIN ET PLVSQVAM SALOMON HIC;
QVANDO STRICTO IN IPSO STYLO PROBATIONIS GLADIO
REGIAM SPONSAM A DIVINA DISTINGVERE,
TVVMQVE HVNC IMMORTALITATI ADIVDICARE FILIVM NOSTI.
VERVS SACRAE SPONSAE HYMENAEVS, AC PRONVBVS;
CVI FACEM IN CALAMO, IN ATRAMENTO VMBRAS DILVCIDAS,
COLVMBAE VOLATVM ASSEQVENS LITERATVM
GRVEM PENE REDDERE VISVS ES;
NISI QVOD VNA ILLAM EFFORMATAM IN LITERA
VNICAM VTI PHOENICEM PARTVRIS, SED MVLTIPLICEM.
IN HOC TVO NON DISCORS IOSEPHO,
QVOD PATER, NEDVM FILIVS, ACCRESCENS

ACERVVM TRITICI VIRGINEIS VALLATVM LILIIS
IN VITAE ANNONAM LEGERIS, SCRIPSERISQVE.
IGNOTA ALIIS SOMNIA ILLE EDVXIT IN LVCEM:
INSPEXISTI TV LYNCAEO OCVLO ALIIS OBSCVRA MYSTERIA:
SPONSAMQVE IPSAM, AC VIRGINEM
TOT LIBERAM INVOLVCRIS, TOT SVBREPTAM SPOLIIS,
QVO NVDIOREM, PVRIOREM, AC FORTIOREM EFFECERIS.
GENTILITIO ETIAM LEONE IN HOC CAELESTI SIMILIS,
QVOD VIRGINIS QVOQVE COELESTIS CVSTOS ASSIDVVS,
IGNEM VENISTI IN TERRAM MITTERE, QVO CALESCERET:
ET IN HOC PALMÆ, QVASI HELIOTROPIO CONCORS TVO;
QVOD VNVM SEMPER OBVERSVS AD SOLEM,
VNI PLVS POLO, QVAM SOLO DEFIXVS
POTES ET TV DIVINA CVM SAPIENTIA DICERE
GYRVM COELI CIRCVIVI SOLA,
DIV, NOCTVQVE CLYTIE VEL IMMOTA, VEL SEQVAX.
VIVE IGITVR ET TV DIV, FELIXQVE;
ET QVONIAM TOT IN FOLIIS HELIOTROPICVS FLOS,
TOT IN LINEIS HOROLOGICVS ORBIS ES,
IDEM, ET ALTER;
SOLVM DE TE, TVISQVE CANTICIS IOB NON DOLEAT,
QVASI FLOS EGREDITVR, ET CONTERITVR,
ET FVGIT VELVT VMBRA,
ET NVNQVAM IN EODEM STATV PERMANET:
SED DE VTROQVE POTIVS, (DENS
SEV LEONIS ACCVBANS IN CVBILI, VEL IN PALMAM ASCEN-
SPONSA ET CLAMET, ET CANAT
DILECTVS MEVS MIHI, ET EGO ILLI,
ET AD ME CONVERSIO EIVS.
IN IPSA SCILICET AETERNITATIS CIRCVLATIONE
GYRANS, NON TAM AD DIEM, QVAM DEVM,
IN QVO VIVIMVS, MOVEMVR, AC SVMVS, &c.



AL

AL SIGNOR

DON GIVSEPPE GIRALDI

Diuoto Eſpoſitor de' Cantici.

SONETTO.

DEL SIG. D. ORATIO QVARANTA.

GIRALDI, il Nome tuo moſtrar ci vuole,
Ch' inuoli al Elitropio il tuo coſtume.
E che la Palma tua, non già nel fiume,
Ma nel Occhio del Ciel ſpecchiarſi ſuole.

S' ei, l' Aquila de' Fior, non già la Prole,
Ma ſe ſteſſo cimenta incontro al lume:
E co le frondi ſue, non già le piume,
S' affiſſa al Polo, e ſi riuolge al Sole:

Tu co le Penne tue, tu con tuoi Fogli
Mentre ti Giri al Dì, ch' è Dio, d' intorno;
D' Eternità nel Cerchio il Centro accogli.

In ciò maggior del Giraſole à ſcorno,
Che la Notte dal Sól l' Occhio non togli,
E fra l' Ombre più cieche incontri 'l Giorno.



IN LAV-

IN LAVDEM AVCTORIS
E P I G R A M M A.
Prioris Vincentij Pacetti.

QVæ mihi Musa canit, quis surdis auribus hæret
 Orpheus : è cælo spiritus iste venit.
Cantica Sacra nouo modulans sermone Giralde
 Crederis hinc animam factus amantis amans.
Dum Sponsi, & Sponsæ cælata arcana recludis
 Ad thalamum nos per Cantica dulce trahis.

O D E.
Eiusdem.

VIrgini Sponso properate nuptę
Virgines ; castos glomerate nexus
Dicite, ad nos Cantica Canticorum
 Dirige IOSEPH.
Ecce qui diuæ calamo Columbæ
Mysticos inter Salomonis hortos
Vernat, & tangit cytharas, lyrasque
 Pollice tuto
Nemo te IOSEPH melius canendo
Ducere hanc vitam poterit, beandæ
Cantiones has meritis opimus
 Prode iuuentæ.

IN LAVDEM AVCTORIS
EPIGRAMMA.

ASpera dum clare diffundis Cantica sensù
 Crede mihi Phæbo clarior orbe micas.
Permixtas Sacras Paginas ambagibus vnus
 Exoluis, tenebras artè, colore fugas.
Iactet Alexandrum gladio soluisse vetusta
 Nodum ętas, maior dum resecas calamo, es.

Stefanus Carmillettus D. D. D.

AD

AD AVCTOREM.

EPIGRAMMA.

SEdula qualis Apes insidens floribus Hortis
  Ore premit nobis mellea dona suo.
Sic Giralde tuo cantando Cantica cantu
  Hauris ex scriptis dulcia dicta Patrum,
Et nouus Interpres meliori lumine donas
  Densis sub tenebris visa latère prius.
Dum Sponsi, Sponsæque canis Sponsalia Sacra,
  Excelsæ tua sunt carmina mentis opus.

REMIGII PACETTI.

IN LAVDEM EIVSDEM

ALIVD

ARdua dissoluit Pharaoni somnia IOSEPH,
  Soluere quæ Vates non valuere simul.
Explicat hic alter Salomonis Cantica Regis
  Nobiliora suo carmine facta nouo:
Verborum ambages pandit, sensumque resoluit
  Abstrusum, à nullo quod fuit ante datum.
Æternum ille suum fecit per secula nomen,
  Hic quoque præclarum reddet vbique suum.

Eiusdem.

DISTICHON.

VIuet in ore virum Giralde Paraphrasis ista,
  Et famam tempus non abolebit edax.

Eiusdem.



Canticum

CAnticum Canticorum Salomonis à Ioseph Giraldo piè doctèque explicatum iussu Reuerendissimi P. Hyacinti Libelli S. A. P. Magistri attentè examinaui, nihilque in eo Christianis moribus, sacris sanctionibus, & Orthodoxæ fidei contrarium reperi. Quamobrem, vt potè opus omni titulo dignum, Typis dandum esse censeo. Ex ædibus S. Andreæ de Valle die 20. Settembris 1667.

Ego D. Franciscus Biscia Cl. Reg. S. T. P.



Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiss. Patr. Magist. Sac. Pal. Apost.

M. Episc. Ariminen. Vicesger.




Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apost. Magist.



PRAEFA-



PRÆFATIO

Ad Christianum, pium, & prudentem

LECTOREM.





ANTICVM Canticorum (benigne Lector) Amatorium Poëma est, ab Amante Sponsa decantatum: audis Amatorium? Procul hinc, procul este Prophani: FORIS CANES, VENEFICI, ET IMPVDICI; nihil non sanctum, nihil non diuinum hic intus. Opus in se breue est, mole exiguum, virtutę amplissimum, in paucitate carminum paupertatem ostendit, in abundantia mysteriorum immensas, cælestes, & inæstimabiles diuitias. Multi extant Authores antiqui, & recentes, qui super hoc sacrum Canticæ Poëma scripsere; pauci verò illius obscuros, & abstrusos sensus percepere: quod etiam ab alijs, & singillatim à P. Michaele Ghislerio sua in præfatione cap. 6. obseruatum fuit, qui in Can-

Apoc. 22. 15.

in Canticam egregiè ſcripſit; præcipuèque notat, ſcriptorum nullum, Canticæ Litteralem ſenſum explanaſſe; En illius verba: NONNVLLI, inquit, IN QVORVM NVMERO CVNCTI FERE OMNES PATRES, QVI CHRISTIANI AVTHORES ANTE NOSTRVM SAECVLVM EXTITERVNT, SPIRITVI TANTVM MANCIPATI, ITA ALLEGORIAM EXPRIMVNT, VT CORTICEM, QVEM LITTERAE SENSVM APPELLAMVS, VEL PENITVS PRAETERMISERINT, VEL SICCO PEDE TRANSIERINT. Hanc quoque eruditione magna P. Paulus Sherlogus veritatem teſtatur, qui ſuis in anteloquijs extremò ſcriptis, anteloquio 1. ſect. 5. & in exordio ad Lectorem hæc habet verba: ADHVC DESIDERATVR INTERPRES, QVI ET HISTORIAM, ET IN TEGVMENTIS OBVOLVTAM SPIRITVALEM MARITARET EXPLANATIONEM. Fateor equidem nullũ me inueniſse Auctorem (ex multis, quos perlegi) qui Litteralem ſenſum ordine, & propoſito ſequutus fuerit. Credibile haud eſt, nec in dubium reuocari poteſt, non extare (abſque eo quod ſanctus Spiritus principalis operis Author redarguatur); ſi etenim Cantica litterali careret ſenſu, neceſſariò cęteris in ſenſibus deficeret, in eodem fundatis. Hoc eſſe exiſtimaui, vt quilibet difficultates, quæ in ijſdemmet verbis exſtant, euaderet: Obſcura equidem tota eſt ſacra Scriptura, quam ſic amat Dominus, vt pluris æſtimetur, & diligentiori ſtudio peruoluatur; Ideoque Archangelus Michael Danieli imperauit: CLAVDE SERMONES, ET SIGNA LIBRVM VSQVE AD TEMPVS STATVTVM; PLVRIMI PERTRANSIBVNT, ET MVLTIPLEX ERIT SCIENTIA: Cantica verò omnium epilogus extat difficultatum. Hunc, ego tacitus cum obſeruaſſem in materia tam neceſſaria, defectum, calamum (an mihi Litteralem ſenſum, & eiuſdẽ Canticæ hiſtorialem inueſtigare permitteretur) arripui. Magnum opus, pluribuſque de cauſis arduum; Attamen non meis fidens viribus; ſed gratiæ Dei tantùm, me

Sherlogus Anteloq. 1. ſect. 5.

Dan. 12. 4.

ex hoc inextricabili labyrintho euaſurum ſpero, præclarè noſcens, quod NON EST ABBREVIATA MANVS DOMINI; certuſque factus, quod NVLLVS SPERAVIT IN DOMINO, ET CONFVSVS EST. Quod ſi Domino hoc modo non inſeruiero, hanc libenti animo mortificationem ſubibo; nec Canticam cum iuſtitia in tempore decantare valens, MISERICORDIAS DOMINI IN AETERNVM CANTABO: Studebo interim breuitati, vt omnibus ſatisfaciam, noſcens vnumquemque breuitate gaudere. Sed quia ſæpè breuitas obſcuritatem gignit, clarius vt potero, me in materia tam obſcura, difficultates plures, quàm verba continenti, explicabo. Examinemus initium.

Iſa. 59. 1.
Eccleſ. 2. 11
Pſal. 88. 2.

OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI. En principium abſque principio, primam Perſonam, quæ loquitur non indicans, cum indefinita ſit oratio: hoc vero, quod multum eſt, parum eſset, ſi ſecunda ſaltem innoteſceret Perſona, quam alloquitur: hęc etiam errat, & prorſus latet; Ideoque mirari non licet, ſi Authores inter ſe in ſententijs diſcrepent; omnes tamen eodem in ſubiecto (vt adnotaui) concurrunt; hoc eſt, quod opus ſacrum ſit Epithalamium & Poëma amatorium, a caſtis ducta metaphora connubijs. Cæterum quilibet (vt ita dicam) diuinat, quinam, & qualis, ſint Sponſus, & Sponſa, & ipſorum quis prima proferat verba, OSCVLETVR ME &c. nouas quiſque difficultates, vt ſuam probet opinionem, adducit; & demum difficultates perlongas pariunt quæſtiones: Sacerdos ſum ego, Vir pacis, queſtiones odi ſemper, ideo illas libenter prætermitto; ſimpliciter tantum meum aperiam ſenſum, benignique Lectoris prudenti iudicio me ſubijciam.

Dico igitur primò cum Auguſtino, & Pontifice Gregorio, Sponſum Diuinum eſſe Verbum: primam

Sponsam humanam naturam ; Secundam Virginem Sanctissimam ; Tertiam verò Sanctam Ecclesiam , & fidelem animam . En Augustini Verba .: DIVINUM VERBUM EST SPONSUS , ET CARO HUMANA SPONSA ; VIRGINALI IN UTERO SPONSALIA SUNT FACTA ; ita idem Augustinus scribit in Psal. 44. super verba , UTI SPONSUS PROCEDENS DE THALAMO SUO : CARO IPSA VERBO EST CONIUNCTA , ET HUIUS CONIUNCTIONIS THALAMUS VIRGINIS UTERUS FUIT . Christus ergo coniugatus in lucem prodiit ; ita D. Bruno : NON SOLUS , SED CONIUGATUS DE UTERO VIRGINIS EXIVIT , IN QUO VIDELICET UTERO DEI FILIUS NUPTIAS FECIT , ET PRIUSQUAM NASCERETUR UXOREM DUXIT , HUMANITATEM SCILICET NOSTRAM : nunc audite Pontificem Gregorium : TUNC DEUS PATER DEO FILIO NUPTIAS FECIT , QUANDO HUNC IN UTERO VIRGINIS HUMANAE NATURAE CONIUNXIT .

Aug. tract. 8. in Ioannem. Greg. hom. 34. in Euang. August. in Psal. 44.

Bruno de ornaméto Ecclesiæ.

Greg hom. 38. in Euág.

Secundo dico: Prima verba; OSCULETUR ME &c. esse illibatę Sponsæ : hic tamen ad probandum locus aptus non est , hoc primi capitis exordio inseram . Ast quia aliquis oscula à Virgine nominata audiens , scandalizari posset ; Ideo Christianus Lector monendus est, humanis hic de osculis non loqui Spiritum sanctum ; sed de diuinis , quę puritatem non tollunt , nec minuunt ; sed conseruant , & sacrant : cęlestis namque Sponsi amor , Sponsam castam reddit , virginemque seruat . sic Beata Agnes testificata est : QUEM CUM AMAVERO , CASTA SUM ; CUM TETIGERO , MUNDA SUM; CUM ACCEPERO , VIRGO SUM . Sanctus igitur Spiritus in hoc sacro poëmate impuris de amoribus non agit ; nec imperfectis de sponsalijs , & abiectis , ut pote terrena extant humanorum corporum ; sed de spiritibus Deum adamantibus , illiusque exęstuantibus amore , nec quid aliud , quam ipsi coniungi, idemque cum illo

Resp. tertio primo noctur.

euadere

euadere exoptantibus, vt docet Apoſtolus: QVI ADHAERET DEO, VNVS SPIRITVS EST CVM EO. Et alibi: DEVS CHARITAS EST: ET QVI MANET IN CHARITATE, IN DEO MANET, ET DEVS IN EO. Hac ego de cauſa Canticam Scholam appellari poſſe exiſtimarem, in qua Deum amandi ars vera ediſcitur, eodem a Præceptore Diuini amoris conſtructam; Spiritu ſancto videlicet, qui vel etiam ſimplicium intellectum illuminans fidei lumine; diuinique amoris igne voluntatem inflammans, vt debilia lumina in lucentem inſigant diuinorum obiectorum ſplendorem, peragit, firmius illis fidem adhibendo, quàm corporalis ſpectet oculus, & manus palpet; de myſteriis inquam ob lucis excellentiam creato obtutui obſcuriſſimis, adeo vt voluntas quidquid naturę placet contemnens, vnum bonum in oculis ferat: quod non niſi per auditum cognoſcit, ipſiuſque ob gratiam; quemlibet amplectatur cruciatum, & ſi opus ſit eandem ſubeat mortem, & quia nullus maiori Deum dilectione ſanctiſsima Humanitate Chriſti fuit proſequutus: Ideò primę ſibi Sponſæ nomen comparat, quam Beata Virgo ſubſequitur: Tertio verò loco quælibet Anima Deum adamans, quę militanti eſt in Eccleſia. Hoc ſacro in poëmate & epithalamio (quod penè dixerim diuino conſtat amore) humilibus ſanctus Spiritus vtitur verbis, & exemplis; quia non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas, & Amor (En tibi loco ſublimiorum & ſuperborum verborum affabilia nomina benignitatem, & clementiam ſpirantia). Vt igitur amorem oſtendat, abiectis vtitur ſimilitudinibus, nos humiles redditurus, & edocturus, diuinum amorem humilitate cæterarum virtutum fundamento ediſci; & ſicuti Deus in hominis formatione (qui pulchrior, & nobilior mundi eſt creatura), vt magis Creatoris virtus eluceſceret, viliori,

Prima Cor. 6. 17.

1. Io. 4. 16.

liori, abiectiorique vſus eſt materia, quæ reperiri poſſet, terra videlicet; imo potius cœno, & luto: FORMAVIT HOMINEM DE LIMO TERRAE: Pari modo ſanctus Spiritus in eiuſdem reformatione (in Incarnatione videlicet Verbi) vt diuini amoris in humanum genus eluceſceret, humilioribus, quæ vniuerſo in terrarum ambitu reperiri poſſent translatis, vſus fuit; VT LIBERARETVR ANIMVS AB ERRORE, inquit S.Thomas, non ſolum ab intellectus errore; ſed etiam voluntatis, ne has ſcilicet diligeremus ſimilitudines, nec in illis immoraremur; ſed methaphorę abiectione coacti, ſpiritu altiorum ad intelligentiam eleuaremur myſteriorum, ſuperbis ab æterno Patre celatorum; humilibus per Chriſti ſententiam reuelandorum: CONFITEOR TIBI PATER, QVIA ABSCONDISTI HAEC A SAPIENTIBVS, ET PRVDENTIBVS, ET REVELASTI EA PARVVLIS.

Gen. 2. 7.

Matt. 11. 25.

Vnus finis inter alios, quem æternus Pater in Filii ſui in mundum humanam ad ſumendum carnem immiſſione, ſua in mente præfixerat, extitit, vt hominem humilitatem edoceret; quoniam Parentes noſtri ſuperbię vitio peccauerant: ERITIS SICVT DII: hoc ergo ſcelus de medio ſublaturus Dei filius, hanc in lucem venire voluit, vitamque degere, humiliſque occumbere, vt Terrarum Orbi humilitatis exemplum extaret: hæc ſancta Eccleſia in Dominicę Palmarum oratione declarat: OMNIPOTENS SEMPITERNE DEVS, QVI HVMANO GENERI AD IMITANDVM HVMILITATIS EXEMPLVM SALVATOREM NOSTRVM CARNEM SVMERE, ET CRVCEM SVBIRE FECISTI &c. Ideoque Chriſtus Ieſus ſe ſe in humilitatis exemplum propoſuit: DISCITE A ME, QVIA MITIS SVM, ET HVMILIS CORDE. Quod Deus me ſit humilitatem edocturus, verecundor, & erubeſco; Telluris ab abiectione humilitas nomen trahit; humilitas ab humo dicitur, & homo ab humo; humilitas ergo proprietas eſt hominis;

Gen 3. 5.

Eccleſia in Dom. palm.

Matt. 11. 29.

hæc

hæc in Deo locum haud habet, qui in Cœlis habitat, ipsique honor debetur, & gloria: SOLI DEO HONOR, ET GLORIA; talis præcipuè Verbi Humanitati prerogatiua debebatur, huic nostrum ob amorem sua in natiuitate renunciauit; vltra humilitatem, vt scribit Apostolus, obedientiam amplectendo: HVMILIAVIT SEMETIPSVM FACTVS OBEDIENS: Obedientia similiter virtus est, vilibus tantum congrua, & conueniens, seruis videlicet, & subditis: nullo ergo modo Christo conueniebat, qui Deus simul, & cunctorum Dominus erat: Attamen his cessit ad se spectantibus proprietatibus, vt ab ipso superbiam euitare edisceremus. Insuper animaduerto, Dominum, cum mundi annalia describi voluit, non sublimis ingenij virum elegisse, sed Pastorem, Moysem scilicet: Natiuitatem, vitam, passionem, cędem, resurrectionem, & ad cœlum ascensum, aduentumque suum ad vniuersale Iudicium, præmioque bonorum, & peccatorum poena reseraturum, Dauid (qui Pastor quoque erat) elegit. Sacrum Canticæ Poëma scripturum, Salomonem delegit, vt hoc Canticum cæteris antecellere demonstraret: noluit tamen eundem Regem Salomonem in discursu heroicis vti verbis, nec regijs similitudinibus vt pote ad scribentem spectabat personam, & operis eminentiam; sed vilibus, & pastoralibus, vt à capite vsque ad calcem preclarè noscitur; quia Deus humilitatem magnopere diligit..

Phil. 2. 8.

Insuper Ecclesiam fundaturus, non Principes, nec Oratores delegit; sed Piscatores, vt D. Gregorius obseruat: MIRA POTENTIA FIDEI! PER PISCATORES SVBEGIT ORATORES: Vnde Apostolus dicit: QVAE STVLTA SVNT MVNDI ELEGIT DEVS, VT CONFVNDAT SAPIENTES: ET INFIRMA MVNDI ELEGIT DEVS, VT CONFVNDAT FORTIA: IGNOBILIA MVNDI, ET CONTEMPTIBILIA ELEGIT DEVS, VT NON GLORIETVR OMNIS CARO IN CONSPECTV EIVS. Diuinæ

Greg. li. 33. moral. cap. 22.

Prima Cor. 1. 27. 28. 29.

uinæ namque summoperè displicent Maiestati, superbi,
vt hoc ob solum vitium Luciferum se Deo comparan-
Isaia 14. 14. tem : ASCENDAM SVPER ALTITVDINEM NVBIVM, SIMILIS
ERO ALTISSIMO, supremis de sedibus, eiusque cateruam
expulerit; nostrosque primos Parentes terrestri à Para-
diso fugarit : ET EMISIT EVM DOMINVS DEVS DE PARADI-
Gen. 3. 33. SO VOLVPTATIS; & Beatam Virginem in matrem, præ-
grandem ob illius humilitatem elegit : QVIA RESPEXIT
HVMILITATEM ANCILLAE SVAE: Omnes proculdubio in se
met Sanctissima Virgo seruabat virtutes ; vnam tantum
Dominus respexit humilitatem; qui hanc in se habet, sa-
Psal. 17. 28. lutis suæ maximum signum possidet : POPVLVM HVMILEM
33. 19. SALVVM FACIET : ET HVMILES SPIRITV SALVABIT . Hanc
ego declarationem apposui in ordine ad Canticę trans-
latorum humilitatem, quę absque dubio castorum Spon-
sorum in laudem sunt; eorum tamen potius in contem-
ptum apparent, quàm in laudem. Monti caput assimila-
Cant. 7. 5. re : CAPVT TVVM SICVT CARMELVS; palma-
6. 5. 7. 4. rum erectis folijs, capillos : COMÆ EIVS SICVT
7. 5. 4. 5. ELATÆ PALMARVM : NIGRÆ SICVT COR-
VVS : Turri nasum : NASVS TVVS SICVT TVR-
RIS LIBANI; Oculos piscinæ : OCVLI TVI SICVT
PISCINÆ IN HESEBON ; mammillas duobus hæ-
dis : DVO VBERA TVA, SICVT DVO GEMEL-
LI CAPREÆ : Clara equidem res est, sancti Spiritus
intentionem non esse, vt quiescamus in sensu materiali
horum verborum, neque docere nos, qualis esse debeat
mulier pulchra corpore; sed intendit per huiusmodi hu-
miles similitudines, & materiales, manuducere nos ad
pulchritudinem spiritualem animæ, & ad Dei amo-
rem, vt videbitur in discursu.

Ast quia, quis huic paruo operi obijcere posset, Can-
ticæ expositionem, quam in pręsenti pertracto, littera-
lem sensum non extare, vt me peracturum affirmaui;
Ideo

Ideo hoc necessarium ante discursum probare duxi.

Neminem latet quatuor esse sacræ Scripturæ sensus: Litteralem, Allegoricum, Tropologicum, & Anagogicum. Sensus Litteralis ad facti historiam pertinet, exempli gratia, cum dicimus: Hierusalem, & pro ea intelligimus Ciuitatem terrestrem, in qua Christus Dominus passus est. Secundus Allegoricus ad ea, quæ per fidem credimus, & ad mysticum corpus refertur, & in hoc sensu pro Hierusalem intelligere possumus militantem Ecclesiam, iuxta dictum Prophetæ: HIERVSALEM QVAE AEDIFICATVR VT CIVITAS, & tunc dicta de illa non litteraliter; sed figuraliter sunt intelligenda; NAM OMNIA IN FIGVRA CONTINGEBANT ILLIS. Tertius Tropologicus pertinet ad spem, in quo sensu de littera ad maiora consurgimus, & quod corporaliter factum credimus, iuxta moralem significationem interpretatur, ad nostrarum operationum directionem, quæ secundum Christi doctrinam debent regulari: & in hoc sensu Hierusalem potest significare Animam nostram, de qua Hieremias in suis lamentationibus: HIERVSALEM, HIERVSALEM CONVERTERE AD DOMINVM DEVM TVVM. Quartus sensus est Anagogicus, qui supereminet alijs, & refertur ad charitatem; Quare in eo, dimissis omnino terrenis, sacræ Scripturæ verba ad cælestia (vbi de futurorum æterna fælicitate agitur) possumus applicare, quoniam pręsens vita, bonis præcipuè, futuræ beatitudinis est vmbra, & arrha: Vnde in terra cum Apostolo dicere possumus: NOSTRA AVTEM CONVERSATIO IN CAELIS EST: & in hoc sensu pro Hierusalem accipitur triumphans Ecclesia, iuxta dictum Apostoli: ILLA AVTEM QVAE SVRSVM EST HIERVSALEM, LIBERA EST, QVAE EST MATER NOSTRA. In primo sensu narrantur facta, cum aliqua tamen spirituali nostra vtilitate, & eruditione; in secundo sensu insinuantur agenda; in tertio

Psal. 121.

Prima Cor. 10. 11.

Philippen. 3. 20.

Galat. 4.

laudantur bona, vituperantur mala; in quarto indicantur æterna. Omissis igitur tribus posterioribus sensibus (quoniam multi sic Canticam explicauere) de primo sensu pertractare intendo: Vt autem cum fundamento loquar, Canticum Canticorum librum canonicum esse præsuppono, iuxta declarationem factam à Concilio Tridentino sessione quarta in decreto de scripturis canonicis; & cum tale sit nostrum sacrum Poëma, à Deo, non ab hominibus erit compositum, & per consequens Salomonem Dauid filium Canticæ Authorem principalem non extare; sed instrumentalem, vt pote asserit Dauid, se sancti Spiritus in Psalmis instrumentum fuisse: LINGUA MEA CALAMUS SCRIBAE &c. Cum ergo à Deo compositum opus sit, qui perfecta quæquè operatur: DEI PERFECTA SVNT OPERA: litterali ergo sensu nõ carebit: Nam perfectum nõ esset; Cum igitur litterali non careat sensu (quoniam primum inspectandum est, an res sit, deinde quid sit) inquirendum nunc est quid sit. Litteralis sensus iuxta Sancti Thomæ doctrinam, imò communem sententiam, ille est, qui immediate ab Authore intelligitur, qui nostro in casu sanctus est Spiritus; sed quia multi litteralem, cum grammaticali confundunt sensum, vnum eundemquè existimantes, differentiam ostendere necesse est: Grammatici munus, vt docet Quintilianus, proprium non transgreditur sensum, quem materialia important verba: Exempli gratia: NASVS TVVS SICVT TVRRIS: Nasus tuus est grandis, & est factus, vt facta est turris; quæ cum Grammaticus dixerit, suo functus est munere; at indagare in quo formaliter consistat similitudo nasi, & turris; ad purum Grammaticum non spectat, qui, quomodo hęc verba verificentur diiudicare non debet, nec vbi formaliter nasi cum turri consistat similitudo; hoc est in magnitudine, fortitudine, vel rectitudine &c.

Conc. Trid. sess. 4. in decret. de script. canonic.

Psalm. 44. 2.

Deut. 32. 4.

S. Thom. pr. par. quæst. 1. art. 10.

Quintil. lib. 1. cap. 4.

Cantic. 7. 4.

an ve-

an venustatem, vel deformitatem importet similitudo, vel in laudem, seu contemptum dicta fuerit; hæc iudicare trascendit sensum grammaticalem; sed non litteralem, procul dubio ab Authore ipso intellectum. differt ergò sensus litteralis a grammaticali: mero in significato materialium verborum Grammaticus sistit: corpus sine anima, vt ita dicam, accipit: Dei verbum mortuum haud est; sed viuum: VIVVS EST SERMO DEI &c. Cum igitur viuum sit, anima constabit, & corpore: si animam absque corpore accipiamus, spiritualis sensus erit, non litteralis: si corpus absque anima, grammaticalis erit, non litteralis; sed si corpus cum Anima accipimus, litteralis sensus erit; Nam sicut palea frumentum tegit, sic sensus grammaticalis sensum litteralem continet: palea iumentorum, frumentum hominum alimentum est (ex doctrina Augustini, & Hieronymi): Exemplo meum melius aperiam sensum, vt faciliùs intelligar. Heb. 4. 12.

Saluator in D. Ioanne de se loquens, hęc habet verba: EGO SVM VITIS VERA: Grammaticus, qui verba prout materialiter sonant, accipit, dicet, Christum veram esse vitem; Si Christus vera est vitis: lignea ergo vitis erit, quia vitis vera, lignea est; & quæ ligno non constat haud vera est. Respondit D. Augustinus non ita materialiter sacrę Scripturę translata esse intelligenda, secundum proprietatem verborum; sed per similitudinem: En sancti verba: SIC ENIM DICITVR VITIS PER SIMILITVDINEM, NON PER PROPRIETATEM, QVEMADMODVM DICITVR OVIS, AGNVS, LEO, PETRA, LAPIS ANGVLARIS, ET CAETERA HVIVSMODI; Et hoc modo reliqua sacrę Sripturæ translata esse intelligenda declarat. Expositio, quam affert D. Augustinus, litteralis est, hunc in modum à Christo Domino intellecta, qui citatis verbis se ligneam Io. 15. 5. Augu. tract. 80. in Ioan.

 vitem

vitem esse nunquam animo peruoluit; sensus ergo litteralis à grammaticali differt. Primus verba secundum similitudinem explicat: secundus verò, secundum proprietatem; ergo differunt. Primi explicatio importat veritatem: secundi importat falsitatem, vt in exemplo proposito, ergo differunt inter se.

Obijciet aliquis: Si litteralis sensus per similitudinem intelligendus est, & non per proprietatẽ verborũ; proprietas ergo verborũ in sacris paginis ad nihilum inseruiet. Duplicem respondeo sensum esse litteralem: alius enim proprius est, qui ab Authore absque metaphoris, parabolis, & translatis dicitur, & tunc secundum verborum proprietatem intelligitur; alius litteralis, metaphoricus, parabolicus, & translatis plenus, vtpote nostro in casu, & tunc per similitudinem intelligitur, non per proprietatem. Non Augustinum; sed Spiritum sanctum eadem in Cantica audite; & obseruate, translatis semper aduerbium (SICVT) adnectere: CAPVT TVVM SICVT CARMELVS: Caput montem esse, non dicit; sed sicut montem: COMÆ CAPITIS TVI SICVT ELATÆ PALMARVM: DVO VBERA TVA SICVT &c. aduerbium (SICVT) importat similitudinem, non proprietatem; Sanctus ergo Spiritus Canticæ translata per similitudinem, non per proprietatem vult declarari; hoc igitur cum immediate Spiritus sanctus intendat, litteralis sensus erit: Quando ergo hunc in modum mysticum canticæ Poema explanauero, canticę litteralem sensum procul dubio aperiam, vt promisi.

Nunc restat solum indicare, litteralem sensum proprium, non metaphoricum duplicem esse posse; ad hoc probandum Caiphæ verbis vtar: EXPEDIT VOBIS, VT VNVS HOMO MORIATVR PRO POPVLO, ET NON TOTA
Ioan. 11. 50. GENS PEREAT. Hæc sanctus Spiritus verba Prophetiam esse

esse declarat: CVM ESSET PONTIFEX ANNI ILLIVS, PROPHETAVIT: Prophetia Dei est verbum: Dei verbum necessario verum est; fatendum est ergo hæc verba à Caipha dicta vera esse; Ast ego horum verborum litteralem sensum falsissimum esse comperio; Vtrumque breuiter percurramus. Et primò, quo pacto hæc verba vera sint, & iusta, notate: EXPEDIT, non dixit, oportet, vt Christi mortem necessariam esse secundum quid annueret, non vero necessariam absolutè, & simpliciter, pro mundi salute; VT VNVS HOMO, non dixit, iste homo, vt excellentiam, & Diuinæ Personæ singularitatem demonstraret: NAM SICVT ANIMA RATIONALIS, ET CARO, VNVS EST HOMO, ITA DEVS, ET HOMO, VNVS EST CHRISTVS: MORIATVR, non dicit, interficiatur, vt Christum sponte occumbere ostenderet, non autem coacte, vt qui occiduntur: insuper declarat moriturum PRO POPVLO, nō pro se, vel pro sceleribus suis, vt Christum insontem mori pro aliena salute apertè indicaret; Demum profert; ET NON TOTA GENS PEREAT, nam sine Domini nece omnes mortui essemus. Horum ergò verborum sensus litteralis verissimus est, & iustissimus; nunc quonam pacto falsissimus sit, & iniquissimus inspectemus. In memoriam facinus reuocate: Caiphas superbus erat, auarus, inuidus, & simoniacus, Pontifex, quia Pontificatum emerat; Hic impius Christi in publico Concilio causam proposuit, vt quidquid de illo agendum esset firmaretur. Hæc fuit illius propositio: QVID FACIMVS (en processus) HIC HOMO MVLTA SIGNA FACIT; Hominem in nostra Republica multa perpetrantem signa habemus (quid perageret in specie indicare noluit, quia Christum Iesum odio habebat) dicam ego; ęgrotos sanat, cęcos illuminat, mortuos resuscitat; quid nobis hoc de homine videtur agendum? Qui illum morte dignum reputat, nigro signet lapillo: qui secus, albo: lapillis col-

Ex Symbolo S. Athan.

Ioan. 11. 48.


collectis, vnus niger repertus fuit (inquit Caietanus) cæteri albi: vt dissentientes cognouit Caiphas consultores, & sua ab impia Christum occidendi intentione contrarios: furens contra illos, omnes ignorantes nominauit: VOS NESCITIS QVIDQVAM, non tantum publicum, minus vestrum agnoscitis bonum: EXPEDIT VOBIS, VT VNVS HOMO MORIATVR PRO POPVLO &c. Nūc Caiphę verba, quam falsa, & iniqua sint ponderemus; iniquus iste publicum asserit esse beneficium, sanantem ęgrotos, illuminantem cæcos, suscitantem mortuos, occidere. Hoc si verum esset, a contrario sensu, qui male operantur, & proximum lędunt, pręmio essent afficiendi. Hac falsa, & iniqua propositione maior reperiri nequit, quæ naturali, ciuili, ac diuino iuri repugnat: sed quonam pacto eadem sententia vera, iusta, sancta; & simul falsa, iniqua, impia, & iniusta esse potest? Hanc quoniam proposuimus quęstionem, eam resoluere necesse est, vt hoc faciam, Angelici vtar doctrina; In hoc casu sanctus Thomas quadruplicē facit distinctionem; Prima est diuina inspiratio, quam habuit hic impius, quod Christi mors futura in publicum esset beneficiū, & hæc prophetia fuit; Secunda, falsus conceptus, quem ab inspiratione formauit, nempe quod eadem mors Hebræis vtilitatem posset afferre, ne Romani in seruitutem eos redigerent; Tertia, pessima intentio, qua suum animi motū insequutus fuit Christum occidendo; quarta tandem iusta sententia, quę a sancto Spiritu ad amussim moderata fuit, vt compositis verbis pronunciaretur, Caiphæ linguę fręno imposito, vt animi perturbatio iustitiæ terminos non pręteriret, adeo vt tota iniustitia in Caiphæ intentione remanserit; verū est ergo litteralem sensum duplicem esse posse, vt dixi. Restat nunc monere benignum Lectorem meum, vniuersa Canticę verba vni tantum Sponsę non esse semper applicanda,

S. Tho. in 4. sent. dis. 9. circa literā.

da, ſed prout commodius videbitur; hoc ſolũ animaduertas velim, in hac breui explicatione ordinem verborum, capitulorum, & ſeriem vitæ, & actionum Chriſti Domini, quas pro communi ſalute in terris operatus eſt, eo quo geſta ſunt ordine, in Canticum Canticorum à Spiritu ſancto prænuntiata, imo potius indicata fuiſſe, comperies, vt in diſcurſus progreſſu videbimus. Finem impono, ne ſermonem longius protraham, fatendo me non latere, vilem, abiectam, & imperfectam hanc meam extare compoſitionem, vt in mundi theatro clarè luci appareat: Nihilominus quia in operando nullum alium finem habui, quam ad Dei gloriam operari, & in beneficium proximi; hoc mentem, animumque ſedat meum. Cæterum, in æternum vale, & ora Deum pro me.



CANTI-



CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS

Quod Hebraicæ dicitur

SIR HASIRIM.

Sacrum hoc Canticum Myſticum eſt totum, eximij, & incomprehenſibilis amoris cæleſtis Sponſi erga ſuam dilectam Sponſam, pleniſſimum, ac viciſſim illibatæ Sponſæ erga ſuum Diuinum Sponſum.

CAPVT I.



1 SCVLETVR me oſculo
oris ſui: quia meliora ſunt vbe-
ra tua vino,
2 Fragrantia vnguentis optimis.
Oleũ effuſũ nomen tuum: ideo
adoleſcentulæ dilexerunt te.
3 Trahe me: poſt te curremus in odorem vn-


 guen-

guentorum tuorum. Introduxit me rex in cel-
laria sua: exultabimus, & lætabimur in te,
memores vberum tuorum super vinum: recti
diligunt te.
4 Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, si-
cut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomo-
nis.
5 Nolite me considerare quod fusca sim, quia
decolorauit me sol: filij matris meę pugnaue-
runt contra me, posuerunt me custodem in vi-
neis: vineam meam non custodiui.
6 Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi
pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam
post greges sodalium tuorum.
7 Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres,
egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce
hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.
8 Equitatui meo in curribus Pharaonis assimi-
laui te amica mea.
9 Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum
tuum sicut monilia.
10 Murenulas aureas faciemus tibi, vermicula-
tas argento.
11 Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea
dedit odorem suum.
12 Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, in-
ter vbera mea commorabitur.

Botrus

13 Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis
Engaddi.
14 Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pul-
chra es, oculi tui columbarum.
15 Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.
Lectulus noster floridus:
16 Tigna domorum nostrarum cedrina, laquea-
ria nostra cypressina.





CAPVT I.

OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI.



Bern. serm. 1. in cantic.

DIC NOBIS QVÆSO, O PIISSIME A
(ait Bernardus) A QVO, DE QVO, ET AD QVEM DICITVR: OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI, ET QVALE EST ISTVD TAM OBSCVRVM DE MEDIO SERMONIS EXORDIVM? OSCVLETVR ME &c. SIC ENIM DIVINVS ORATOR IN VERBA PRORVMPIT, QVASI QVEMPIAM LOQVENTEM PRAEMISERIT, CVI CON- B
SEQVENTER RESPONDEAT, ET HANC INTRODVCAT PERSONAM (QVAECVMQVE ILLA SIT,) QVAE OSCVLVM FLAGITET. Ni fallor, iungit externa verba internis verbis, & futurum præterito, vt solent Prophetæ: vnde constat hoc opus non humano ingenio; sed Diuino Spiritu compositum; & quamuis difficile sit intellectu, delectabile tamen inquisitu: Sed si se osculari à nescio quo petit, aut rogat, vel præcipit, cur C
signanter dicit, OSCVLETVR ME OSCVLO, & nominatim ORIS SVI? Quasi, qui se se inuicem osculantur, alieno ore, & non suo exhibere sibi soleant osculantes. In humanis idem est osculari ore, & osculari osculo oris. In Diuinis distinguitur realiter os osculans (id est, Pater) ab osculato, & oscu-

A osculo, id est, à Filio, & à Spiritu Sancto: nam Pater, & Filius, mutuò se se inuicem diligentes amore, mutuis se se osculantur oribus: ex huiusmodi mutua oris deosculatione, tertiam à seipsis realiter distinctam producunt Personam Spiritus Sancti: Quæ quamuis idem realiter sit cum tali deosculatione, seu processione passiua; reali tamen distinctione distincta ab eadẽ deosculatione, seu pro-
B cessione actiua, & proprijssimo nomine nuncupatur osculum oris eius, cum ab immediata procedat deosculatione oris, qua Pater, & Filius mutuò se se osculantur, ac diligunt. RECTE IGITVR (concludit sanctus) INCARNATIO VERBI DIVINI PER OSCVLVM ORIS EXPRIMITVR. Sed titulus non est prætermittendus, quando & MINVTIAS FRAGMENTORVM IVBEMVR COLLIGERE, ne pereant, nec IOTA VNVM, AVT VNVS
C APEX PRAETERIRE: Titulus enim, iuxta Augustini, & Hieronymi, aliorumque sententiam, clauis est, qua quidquid in opere expresśè continetur, hic summariè reseratur. Ioan. 6. 12. Matth. 5. 18

Nostrum Sacrum Poëma: CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS inscribitur: In his paucis verbis, materia, forma, & operis Auctor instrumentalis declaratur: insuper à quo, de quo, & cum
D quo principaliter agitur: Materiam exposcitis? CANTICVM; Canticum propriè dicitur, quod de industria ad canendum perficitur, vt Psalterium ad psallendum, quamuis per accidens aliquando sine cantu proferatur; Sic è contra, non omne quod canitur, Canticum est, nam Passio Domini Nostri Iesu Christi solemniter in Ecclesia decantatur, nec tamen rectè, & propriè Canticum dicitur: Pulchrè Dauid Propheta paucis vtrumque comprehendit, Canti-

Psal. 12. 6. Canticum ſcilicet, & Pſalterium: CANTABO DOMINO, QVI BONA TRIBVIT MIHI, ET PSALLAM NOMINI DOMINI ALTISSIMI. Cauſam vnà, & cantus materiam innuit, nempe Bonum; QVIA BONA TRIBVIT MIHI: Bonum namque materia lætitiæ, & cantus cauſa exiſtit, vt potè Malum luctus, & mœroris. Noſter igitur breuis titulus ſummariè continet materiam eorum, quæ diffuſiùs in opere pertractantur, & includit in ſe Bonum infinitum, & gaudium inenarrabile mundo per Diuini Verbi incarnationem, quod maximum eſt, quod in nos Dei Omnipotentia poſſit conferre beneficium, & humana ſit capax natura. Formam deſideratis? CANTICORVM: tali titulo eſt decoratum Poëma ad exprimendam huius ſacri Epithalamij ſingularem excellentiam, & eminentiam, vt REX REGVM, DOMINVS DOMINANTIVM, CAVSA CAVSARVM: hiſce namque octo in capitulis omnes hiſtoriarum libri, Legales, Sapientiales, & Prophetales noui, & veteris Teſtamenti comprehenduntur, & velut in theſauro recondita ſunt arcana Dei, vt in diſcurſus progreſſu videbimus. Hoc vnum nunc indicaſſe ſufficiet, nempe in hoc Sacro Poëmate, nos de Dei in Homines, & vice verſa Hominum in Deum amore, & Proximum, pertractare: quæ duo ſunt præcepta, iuxta Chriſti ſententiam, omnes leges, & Prophetarum omnia dicta continentia; IN HIS DVOBVS MANDATIS VNIVERSA LEX PENDET, ET PROPHETAE. Matth. 22. 40.

A B C D

Operis Auctorem vobis innoteſcere inſuper de quo, & cum quo in illo verba habeantur, deſiderio flagratis? SALOMONIS; in titulo obſeruate nomen pacifici, id eſt, Salomonis, quod nomen concordat cum principio libri; OSCVLETVR ME

OSCV-

A OSCVLO. oſculum eſt pacis ſignum. incipit ergo
à ſigno pacis,vt ſimul aduertas ſolas ad hanc intelli-
gendam ſcripturam, mentes inuitari pacificas: Bo-
num, iucundum, & dulce eloquium, quod à pace
& ab oſculo ſumit principium: vnum tamen hic ad-
uertendum, ne à veritate aberremus, vt plures ab-
errauere, non de Salomone Dauid filio hæc eſſe in-
telligenda; ſed de myſtico Salomone, id eſt, Chri-
B ſto. Neminem latet, hoc opus à Salomone naturali
deſcriptum, non ſuo marte; ſed ſancti Spiritus im-
pulſu, qui illi Canticæ verba dictabat, vt de ſe
Dauid Propheta in Pſalmis fatetur, ſuam nempe
in calamum ſancto Spiritui linguam inſeruiſſe:
LINGVA MEA CALAMVS SCRIBAE VELOCITER SCRIBEN-
TIS: Idem eiuſdemmet Dauid filio Salomoni eue- Pſalm.44.2.
nit: Canticę igitur Auctor principalis eſt Spiritus
C ſanctus, & Salomon Rex Iſrael inſtrumentalis: His
ergo ſacris in Canticis non de Salomone naturali
tractatur, nec de eius inhoneſtis amoribus; ſed de
Ieſu Chriſto myſtico Salomone, illoque maiori:
ECCE PLVS QVAM SALOMON HIC. Et vt hoc meum non Matt.12.42
eſſe inuentum agnoſcatis,eiuſdem Dauid Pſal. 34.4.
legere non pigeat,in quo ille, de quonam in his ſa-
cris Carminibus loquatur, declarat: verba illius ob-
D ſeruate: ET IMMISIT IN OS MEVM CANTICVM NOVVM,
CARMEN DEO NOSTRO. Canticum nouum,& carmen Pſal.34.4.
ſimul. Canticum Canticorum proculdubio eſt. Af-
firmat ergo hoc ſacrum Poëma Deo noſtro eſſe de-
dicatum; non igitur de Salomone naturali loquitur,
quia ipſe Deus noſter non eſt: Quis autem hic Deus
noſter eſt? Eundem Dauid in Pſalm. 66. 8. audite:
BENEDICAT NOS DEVS (en æternus Pater) DEVS Pſal. 66.6.
NOSTER (en Filius) BENEDICAT NOS DEVS, tertio
(en Spi-

(en Spiritus Sanctus) itaque Deus noster filius est; A
In hoc ergo Cantico de Christo loquitur, non de naturali Salomone; sed mystico, qui est Christus Iesus, Salomone maior. Salomon idem est ac Pacificus, Christus autem non pacificus solum; sed est ipsamet
Eph. 2. 14. pax: IPSE EST PAX NOSTRA, ait Apostolus. cum pace in lucem prodijt, & pacis tempore, cum illa vitam duxit, & morti proximus pacem liquit in Testa-
Ioan. 14. 27. mento: PACEM RELINQVO VOBIS, PACEM MEAM DO B
VOBIS: & vna cum illa extremum clausit diem: post mortem in diebus suæ Resurrectionis pacem Apostolis dedit: PAX VOBIS. triplicem nobis Christus pacem attulit, cum Deo, cum proximo, cũ seipso. hac de causa, REX PACIFICVS nuncupatur, & PRINCEPS PACIS; PACIFICANS PER SANGVINEM CRVCIS EIVS, SIVE QVAE IN TERRIS, SIVE QVAE IN COELIS SVNT: inquit Apostolus.
1. Cor. 10. Salomon naturalis erat figura: OMNIA IN FIGVRA CON- C
1 Cor. 10. 11 TINGEBANT ILLIS; Christus autem figuratus. De hoc ergo & cũ hoc mystico Salomone, in his sacris Carminibus loquitur. vt videbimus.

Inscribitur etiam CANTICORVM, quia multa
Iudic. 5. 1. erant Cantica in veteri Testamento: cecinit Delbo-
Iudic. 16. 1. ra, vt legitur in libris Iudicum: cecinit Iudith: ce-
1. Reg. 2. 1. cinit Anna mater Samuelis: cecinit Israel pro exitu,
2. Reg. 22. 1. Psal. 113. 1. & in exitu de Ægypto: Prophetæ quoque aliqui ce- D
cinerunt: omnes sane (vt probabile est) carmen Domino dixerunt pro accepto aliquo beneficio, exempli gratia, pro obtenta victoria, &c. At vero Rex Salomon naturalis, pacificus, sublimis gloria, & sapientia singularis, pro gratiarum actione, mysticum hoc canticum non fecit, cum de se ipso non loquatur sacro in hoc epithalamio; sed de cælesti Sponso, vt supra probauimus; Itaque diuinitus in-
spiratus

A spiratus huius sacri connubij concinit sacramenta, simulque expressit sanctæ desiderium Animæ suspirantis verbi Diuini incarnationem, quam promiserat Dominus,& Prophetarum ore confirmarat; præcipuè Oseæ; vna scilicet die pacem inter Deum,& Hominem fore componendam, & eadem in die tria celebranda sponsalia. verba Oseæ audire non pigeat: ET PERCVTIAM CVM EIS FOEDVS IN DIE ILLA, ET CVM Os. 2. 18.
B BESTIA AGRI, ET CVM VOLVCRE COELI, ET CVM REPTILI TERRAE: ET ARCVM, ET GLADIVM, ET BELLVM CONTERAM DE TERRA, ET DORMIRE EOS FACIAM CONFIDENTER (en Pax vniuersalis), ET SPONSABO TE MIHI IN SEMPITERNVM (en Verbi Diuini primas cum humana natura nuptias) ET SPONSABO TE MIHI IN IVSTITIA, ET MISERICORDIA, ET MISERATIONIBVS (en Dei cum Beata Virgine secundas nuptias)
C ET SPONSABO TE MIHI IN FIDE: ET SCIES, QVIA EGO DOMINVS (quod antea negabas) en Christi tertias cum Gentilium Ecclesia, antea Idola colentium, nuptias: Meum hoc non est inuentum; sed Card. Toleti. Card. Tol.

In hoc mysterio celebranda erant tria sponsalium genera. Primum est inter Deum Patrem, & Beatam Virginem: desponsauit eam sibi, & qui filium generauit ab æterno Deum, ex ea in tempore genuit ho- adnot. 43. in ca. 1. Lucæ.
D minem, dicitur namque: VIRTVS ALTISSIMI OBVMBRABIT TIBI, (vnde ab Augustino Sponsa Dei nominatur.) secundum inter filium Dei, & naturam humanam, & vterus Virginis fuit thalamus: tertium inter Christum, & Ecclesiam, quam sibi in fide desponsauit: & concludit; IGITVR BEATISSIMA VIRGO IN HIS SPONSALITIIS CONSENSVM PRAEBVIT NOMINE PROPRIO, TANQVAM SPONSA PATRIS NOMINE NATVRAE HVMANAE DE SVA CARNE ASSVMENDAE; NOMINE ETIAM Luc. 1. 35.

ECCLESIAE, VT PRAECIPVVM EIVS MEMBRVM. A

Ante Oseam Dauid Propheta prædixerat pacem vniuersalem his verbis: QVI POSVIT PRODIGIA SVPER TERRAM, AVFERENS BELLA VSQVE AD FINEM TERRAE; ARCVM CONTERET, ET CONFRINGET ARMA, ET SCVTA COMBVRET IGNI. Et Sponsalia indicauerat pluribus in locis, præcipuè in Psalm. 18. ET IPSE TANQVAM SPONSVS PROCEDENS DE THALAMO SVO (de Incarnato Verbo in Virginis vtero loquitur) B vt declarant expositores: Et in Psalmo 44. Sponsi,& Sponsæ venustatem, eorumque vestimentorum fragrantiam,& qualitatem describit, vt videre est. Abrahamo insuper se Dominus humanam suscepturum carnem cum iuramento spoponderat: IVSIVRANDVM QVOD IVRAVIT AD ABRAHAM PATREM NOSTRVM DATVRVM SE NOBIS: Ideoque veteris Testamenti Patres assiduè eum deprecabantur: VENI DOMINE, ET C NOLI TARDARE. VENI AD REDIMENDVM NOS IN BRACHIO EXTENTO. VENI AD LIBERANDVM NOS, IAM NOLI TARDARE. VENI ET ILLVMINA SEDENTES IN TENEBRIS, ET VMBRA MORTIS. VENI, ET SALVA HOMINEM, QVEM DE LIMO FORMASTI. VENI AD LIBERANDVM NOS DOMINE DEVS NOSTER. VENI AD SALVANDVM NOS DOMINE DEVS NOSTER; quæ sunt septem, O, quæ ante Christi natiuitatis festum canit Ec- D clesia. Ad eorum igitur consolationem Spiritus sanctus per os Dauid certiorem fecit synagogam, illamque lætari, & vniuersum terrarum Orbem Maiestati Diuinæ nouum iussit canticum decantare: CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM (hoc est Patri) CANTATE DOMINO OMNIS TERRA (Filio scilicet) CANTATE DOMINO, ET BENEDICITE NOMINI EIVS (Spiritui sācto.)

Psalm. 45. 9.
Psalm. 18.
Cantic. Zach.
Psal. 95. 1.

Nouum ab homine Dominus canticum requirebat,

A bat, quia ipse propter hominem noua erat perpetraturus. sic scribit Ieremias: CREAVIT DOMINVS NOVVM SVPER TERRAM (transactum pro futuro ponit iuxta Prophetarum vsum, ob facti certitudinem): MVLIER CIRCVMDABIT VIRVM. Nouitatē facti apertiùs ab Isaia audite. ECCE VIRGO CONCIPIET, ET PARIET FILIVM. Nouū equidē, & insolitum est, Virginem fœtus eniti; sed quodnam est hoc nouum cāticum, quod ab B homine exposcit Deus? Quæ in terris sunt licèt noua, breui temporis interuallo senescunt, quia temporalia sunt, & finita: Omnia orta occidunt, & aucta senescunt: sed quæ æterna sunt, vt animæ, & coelum, senescunt nunquam, noua semper existunt: VIDI CIVITATEM SANCTAM HIERVSALEM NOVAM &c. Vnde Augustinus ait: QVI QVAERIT TERRENA, ET TEMPORALIA, CANTAT CANTICVM VETVS. Homi- C nes ergo pro coelo, & animæ salute canticum nouum postulabat Dominus decantare: Propheta Dauid causam innuit, cur Dominus ab Hominibus nouum canticum decantari voluerit: nempe quia ipse propter homines prodigia erat facturus: CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM, QVIA MIRABILIA FECIT (transactum pro futuro ponit, iuxta superius dicta.) Prodigia, & mirabilia perpetranda scire optatis? En D inuisibile visibile, infinitum finitum, impassibile passibile, immortale mortale, Creatorem creaturam, Deum Hominem, & Hominem Deum: Et quia gratia non in paucos, vel Synagogam tantum, erat diffundenda; sed in omnes; Ideo à toto terrarum Orbe nouum carmen postulabat: CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM, CANTATE DOMINO OMNIS TERRA (gratias scilicet referendo, illiusque sanctissimum Nomen nempe Iesu benedicendo) CANTATE

Ier. 31. 22.
Is. 7. 14.
Salustius.
Apoc 21.
Psal. 97. 1.
Psal. 95. 1.

DOMINO, ET BENEDICITE NOMINI EIVS : Mundum A
certiorem reddens in dies Salutare Dei expectari:
ANNVNCIATE DE DIE IN DIEM SALVTARE EIVS : quod
non inuisibile veniet; sed remotiores Mundi fines in-
Psal. 97. 3. spectabunt : VIDERVNT OMNES FINES TERRAE SA-
LVTARE DEI NOSTRI ; & qui pro salute omnium ve-
Luc. 3. 6. niebat, ab omnibus videri volebat ; ET VIDEBIT OM-
NIS CARO SALVTARE DEI : Ideoque vniuersus Terra-
Psal. 97. 4. rum globus applauderet simul, ac iubilaret: IVBILATE B
DEO OMNIS TERRA, CANTATE, EXVLTATE, ET PSAL-
LITE : & vt gratissimus, & vniuersalissimus carminis,
& symphoniæ concentus extaret, Coelorum beatos
spiritus cum his terrarum coniungi Dominum con-
celebraturos imperauit : Audite quid Propheta di-
Ps. 150. 3. cat in vltimo suo Psalmo : LAVDATE EVM IN SONO
TVBAE : LAVDATE EVM IN PSALTERIO, ET CITHARA :
LAVDATE EVM IN TYMPANO, ET CHORO : LAVDA- C
TE EVM IN CHORDIS, ET ORGANO : LAVDATE EVM
IN CYMBALIS BENE SONANTIBVS : LAVDATE EVM IN
CYMBALIS IVBILATIONIS, & concludit : OMNIS SPI-
RITVS (scilicet cælestis, & terrestris, angelicus,
& humanus) LAVDET DOMINVM. & sic imposuit
finem suis Psalmis.

Difficile non solum, verum etiam impossibile erat,
omnes homines terræ simul hoc nouum carmen D
Deo canere : vna potius inquirenda erat persona,
quæ Deum pro cæteris diligeret, & ipsa omnium
hominum nomine Deo decantaret; hæc tamen non
inueniebatur: Multa post sæcula tandem sanctissima
Virgo prodijt in lucem, quæ in Deum amore exar-
descens sacram Scripturam assiduè præ manibus ha-
bere, & lectitare degustabat ; Hęc inter cætera in
Isa. 7. 14. Isaia Propheta illa reperiens verba : ECCE VIRGO
CONCI-

A CONCIPIET, ET PARIET FILIVM: Dei verba præterire
non posse clarè cognoscens: COELVM, ET TERRA TRANSIBVNT, VERBA AVTEM MEA NON PRAETERIBVNT, cum scriptum sit: VERBVM AVTEM DOMINI MANET IN AETERNVM: tam in Dei exarsit amore, & tali videndi illum humana carne indutum flagrabat desiderio (impulsa etiam à Spiritu sancto, qui in os eius noui Cantici verba infudit) ET IMMI- Matth. 24. 35. Psalm. 39. 4.
B SIT IN OS MEVM CANTICVM NOVVM, CARMEN DEO NOSTRO (dixit Propheta, Virginis nomine) vt hanc ad Deum maxima humilitate, totoque cordis affectu, totius humani generis nomine, præcipueque Virginis Filij Dei futuræ Genitricis, ijsdem verbis in corde, & in eius ore à Spiritu sancto infusis, precem fuderit: ET IMMISIT IN OS MEVM CANTICVM NOVVM. Sed quænam sint noui Cantici verba exquiri-
C tis? Quid Propheta Dauid subiungat in Psalmo supracitato perlegite: ET IMMISIT IN OS MEVM CANTICVM NOVVM, CARMEN DEO NOSTRO. Canticum nouum, & carmen, nonnè Canticum Canticorum est? Noui ergo Cantici verba, Canticæ extant verba: OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI, à Rege Salomone eiusdem Spiritus sancti impulsu registrata, & à sanctissima Virgine omnium hominũ Psalm. 34. 4.
D nomine (in meliori hac procul dubio forma) pronunciata: Ego, mi Domine, vniuersi terrarum Orbis creatura vilissima, quantum tibi humilitas placeat non ignorans, toto cordis mei affectu, & conatu, in genua ad tuos procumbens pedes, corde magis, quam ore, hæc audeo proferre verba: OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI.

Sed hic notandum, omnia Canticæ verba metaphorica esse, ideoque non per proprietatem intelligenda

genda ; ſed per ſimilitudinem:(Qui meam ad Lecto- A
rem præfationem non legit, vt Canticam intelligat, prælegat quęſo) proprietate etenim Deus dici nequit oſculari ; vt proprietate oſculemur, oris opus eſt ; oſculum ab ore dicitur . Cum ergo Deus careat ore, deoſculari nequit cum proprietate ; oſculari autem dicitur metaphoricè per ſimilitudinem, non per proprietatem . & in hoc ſenſu aliquando vis generatiua, & ſpiratiua Os DEI nominatur . ita Auguſtin. Gre- B
gor. Ambr. & Orig.

Aug. de Diu. eſſētia Greg. 4. moral. & in Cāt. 1. Ambroſ. in pſ. 118. Orig. in Cant. 1.

OSCVLETVR ME &c. Sacrorum voluminum expoſitores illibatam Virginem hiſce verbis incarnationem Verbi expoſtulaſſe affirmant, quæ ſummi amoris, & arctiſsimæ vnionis eſt opus, ideoque melius poſtulare nequijſſe, quàm oſculi ſimilitudine, quod ab amore ortum ducit, illiuſque ſignum extat ampliſsimum . HVIC VNIONI (dicit Bernardus) C
MAGIS CONGRVIT NOMEN OSCVLI, QVAM CVIVSVIS ALTERIVS REI : EST ENIM OSCVLVM ARCTISSIMVM AMORIS VINCVLVM, PER QVOD RATIONALES SVBSTANTIAE IVNGVNTVR SIMVL, ITA VT EX DVABVS VNVM QVID FIAT . at per vnionem hypoſtaticam verè Deus & homo vnus eſt Chriſtus: nam SICVT ANIMA RATIONALIS, ET CARO, VNVS EST HOMO ; ITA DEVS, ET HOMO, VNVS EST CHRISTVS . VERBVM EST OSCVLANS, D
CARO OSCVLATVM, DEVS ET HOMO OSCVLVM (inquit Bernardus.) RECTE IGITVR (concludit Sanctus) INCARNATIO VERBI PER OSCVLVM ORIS EXPRIMITVR : Vnde exclamat : O FELIX OSCVLVM, IN QVO NON OS ORI IMPRIMITVR, SED DEVS HOMINI VNITVR, ET IBI QVIDEM CONTACTVS LABIORVM COMPLEXVS SIGNIFICAT ANIMORVM : HIC VERO VNIO NATVRARVM, ET VELVT IN OSCVLO SPIRITVS OSCVLAN-

Bern. ſerm. 2. in Cantic.

Ex ſymbol. S. Ath.

A LANTIVM SIBI INVICEM TRADVNTVR, ET COMMVNICANTVR, DVM OS IVNGITVR: ITA PER HYPOSTATICAM VNIONEM DIVINA HOMINI, ET HVMANA DEO COMMVNICANTVR, ET PRAEDICANTVR. Illibata igitur Sponſa rogat, ſupplicat, & flagitat ſummo & ardenti deſiderio. OSCVLETVR ME OSCVLO &c. MATRIS DEI EXPRIMVNTVR AFFECTVS, ait Bernardus. quam alloquatur perſonam non declarat,
B quia orat Deum, & illum pręgrandi amoris affectu non nominat. de Deo tamen intelligitur. Aſt illa ſe Deum diligere procul dubio noſcebat; huius ergo ſigni non indigebat: cum enim illum toto corde diligeret, ab ipſo diligi æſtuabat, & fortaſsis hæc intra ſe diſcutiebat: Si meum cæleſtem Sponſum oſculari peto, cũ ipſe eadẽ ſit benignitas, fortaſſe indulgebit ſemel, de illius tamen cordis amore in me
C certior haud reddar, pro vno tantum oſculo; ſi ab illo oſculari rogo, forſitan mihi gratum facturus ſemel oſculabitur, nec etiam in hunc modum affectu illius certa ero; bis, terque deoſculari vellem: OSCVLETVR ME, &c. en primum oſculum: OSCVLO, en ſecundum. ORIS SVI, en tertium. tunc equidem triplici oſculo contenta iubilarem, quia multiplicata oſcula amoris certum pignus.
D Hoc ipſum magis habemus expreſſum in Textu Hebraeo. מנשיקות Mineſcikōth ex oſculis, nam radix נשק Naſciak eſt plurale ישקני Iſciakèni. De Maria Magdalena legitur, quod non ceſſauit oſculari: en ratio, QVONIAM DILEXIT MVLTVM: Duplicatum ergo, & triplicatum oſculum, prægrandis eſt amoris ſignum. Vel dicamus, quod triplicatum petat oſculum, propter ſupradictas triplicatas nuptias: OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS

ORIS SVI: Verbi Incarnationem Sponsa optabat: A
sed quia præclarè nouerat Incarnationem esse operationem Dei ad extra, ad quam tres Diuinas Personas concurrere non dubitabat; Ideo inquiebat: OSCVLETVR ME (scilicet Pater) OSCVLO. (id est Filius) à Diuo Bernardo sic nominatus, vt asserit Pater Michael Ghislerius cap. 1. in Cantica: O SALVTA-
Psal. 32. 6. RE DEI, OSCVLVM PATRIS, OSCVLVM QVOQVE ES MATRIS TE BIS OSCVLVM VIDEO, ET VNVM VIDEO. ORIS B
SVI (Spiritus videlicet sanctus) hoc enim nomine à Dauid vocatur, SPIRITVS ORIS EIVS.

OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI. Mihi B. Virgo dicere voluisse videtur: Dñe mi optimè noui, vniuersa tum animæ tum corporis mala ab Adam ore
Gen. 2: 16. ob vetitum pomum emanasse: DE LIGNO AVTEM SCIENTIAE BONI ET MALI NE COMEDAS: Ideo tuo ab ore Diuino remedium procedere debere cogno- C
sco; Tu Domine hominem plasmando præstantem in illum amorem de nihilo formans, ostendisti, tibique similem, vt te diligeret, creasti (quia similitudo est causa amoris) & tuo, quem in illum spiritu inspi-
Gen. 2. 7. rasti, vitam fuisti elargitus: ET INSPIRAVIT IN FACIEM EIVS SPIRACVLVM VITAE, ET FACTVS EST HOMO IN ANIMAM VIVENTEM: Hic sponte, & sua libera voluntate semet, suamque miserrimam progeniem, D
inobedientię peccato, quod perpetrauit, dupliciter occubuit, anima scilicet, & corpore, iuxta illatas mi-
Gen. 2. 18. nas: MORTE MORIERIS, in profundum abyssum pręcipitauit. Cum igitur dulplici succubuerit morte, duplici eget remedio vitę, vt reuiuiscat. Ideo ego omnium illius miserorum filiorum nomine toto cordis affectu, & fide, te etiam atque etiam rogo, qui eadem es vita (Pater, Filius, & Spiritus sanctus vita est;

A est; IN IPSO VITA ERAT) vt osculeris; Si enim in Adę vultum inspirando vitam es elargitus, quid osculo, & oris tui osculo perages? Non dico: Osculetur me ore suo, quia non me latet Patrem humanam carnem minimè suscepturum; sed OSCVLO, hoc est Filius, ORIS SVI, Spiritus videlicet sanctus, quo mediante Verbi incarnatio perficietur. Non te osculari peto, quia te diligere, quin priùs me dili- Ioann. 1. 4.
B gas, nequeo: à te meum omne pendet bonum, Ideo rogo; OSCVLETVR ME &c.

Ab eademmet Sponsa suæ petitionis causam intelligere optatis? audite: QVIA MELIORA SVNT VBERA TVA VINO: Quia tuus spiritualis amor in lacte expressus melior est carnali dilectione, in vino figurata, ait Bernardus; Hæc enim inter lac, & vinũ intercedit differentia: Lac ab amore generatur,
C vinum à violentia, vel torculari, vel pedibus facta: Lac est sanguis bis coctus (ait Clemens Alexãdrinus) à natura semel, rubeique est coloris, alia vice ab amore, qui illud album tanquam eiusdem sanguinis florem reddit: LAC EST SANGVIS BIS COCTVS, CONSENTIENTE PIETATE FLORESCENS; quod procedit à natura sine violentia: vinum verò violenter conficitur, ni vuam coarctaueris, & expresseris, vinum nunquam Clē. Alex. 1. pæda. 6.
D hauries. Dicit ergo Beata Virgo; hanc toto cordis conatu gratiam à Domino meo flagito, quam ni illius sit absolutæ voluntatis, & ab amore procedat, recuso. terna ideo oscula peto: OSCVLETVR ME (scilicet Pater) hoc est, æternus Pater sua charitate motus ad incarnandum proprium mittat Filium (en primum osculum) OSCVLO, & ipsemet Filius amore impulsus veniat (en secundũ osculum) ORIS SVI, Spiritus videlicet sanctus, qui est ipsemet amor

Patris, & Filij, huius incarnationis sit minister (en A tertium osculum.) Illicò voti compos effecta fuit, ait Propheta ad mentem Diui Bernardi, & Vgonis; En verba Prophetę: DESIDERIVM CORDIS EIVS TRIBVISTI EI, ET VOLVNTATE LABIORVM EIVS NON FRAVDASTI EAM: Vnde æternus Pater per amoris excessum protestatus est Filium dare: SIC DEVS DILEXIT MVNDVM, VT FILIVM SVVM VNIGENITVM DARET. Imo propter nimium amorem, inquit Apostolus: B PROPTER NIMIAM CHARITATEM SVAM, QVA DILEXIT NOS &c. Filius etiam se se ob ardentem in homines amorem venire sponte declarauit: OBLATVS EST QVIA IPSE VOLVIT: & Spiritus sanctus Patris, & Filii amor, minister extitit: CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO. Hac ergo de causa à supremo Sanctissimæ Trinitatis Solio, & Throno missus est Gabriel Archangelus, vt Beatam Virginem certiorem C faceret, voti compotem factam, gratiamque obtinuisse, quam petierat: MISSVS EST GABRIEL ANGELVS A DEO AD MARIAM VIRGINEM: qui vt ad illam peruenit, profundè adorans hisce illi verbis salutem indixit: AVE GRATIA PLENA: DOMINVS TECVM. ita canit Ecclesia; SVMENS ILLVD AVE GABRIELIS ORE, MVTANS EVAE NOMEN (in Aue) Sancti Augustinus, & Epiphanius de nominis Euæ, in Aue muta- D tione discurrentes, Mariam non solum nomen, verum etiam & facta mutasse declarant: AVCTRIX PECCATI EVA (inquit Augustinus) AVCTRIX MERITI MARIA; EVA OCCIDENDO OBFVIT, MARIA VIVIFICANDO PROFVIT: ILLA PERCVSSIT, ISTA SANAVIT: Vnde canit Ecclesia: QVOD EVA TRISTIS ABSTVLIT, TV REDDIS ALMO GERMINE. Salutauit ergo Archangelus Virginem. AVE, id est, sine vè, vt exponit Augustinus, non secus

Psalm. 20. 2.
Ioann. 3. 16.
Eph. 2, 4.
Isa. 53. 7.
Luc. 1. 27.
Hymn. Aue maris stella.
Augu. serm. 18. de Sanctis 2. de Annũc. Domin. & Epiph. lib. 3. hæres. 78.

A secus ac diceret: Tu illa es Virgo Euæ contraria, malis ab ipsa perpetratis ad obuiandum progenita; GRATIA PLENA, Eua gratia fuit exuta, tu plena: illa à Domino recessit, & Dominus ab illa: Tu Domino coniuncta, ET DOMINVS TECVM, non modo per gratiam; sed personaliter etiam, adeo vt nunc à te humanam sit suscepturus carnem & benedicta eris inter Mulieres: BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS; B inter quas, quæ virgo est, mater esse nequit, nec mater virgo; Tu sola Mater, & Virgo eris. Hæc audiens; TVRBATA EST IN SERMONE EIVS, se tanta gratia (cum humilissima esset) indignam reputabat: Archangelus, vt timorem tolleret, hæc ad illam verba habuit: NE TIMEAS MARIA, INVENISTI GRATIAM APVD DOMINVM. Inuenisti? ergo illam quærebat, & quæsierat, non ad suum, sed publicum beneficium; C vt reperiamus perquirendum est: QVAERITE, ET INVENIETIS; illa eadem, quam obtabas, gratia affecta fuisti: INVENISTI GRATIAM APVD DEVM; nunc adimplenda: ECCE CONCIPIES IN VTERO, ET PARIES FILIVM: ECCE, indicat quid nouũ, & insolitũ, scilicet Virginem concipere ipsummet Filium, quẽ exorasti. Luc. 11. 9.

Hanc ad Deum Beatam Virginem ardentissimam fudisse precem, præter sanctorum Patrum authori- D tatem, quam prætermitto; ratio euidens mihi videtur: si enim veteris testamenti Patres, qui non tanto diligebant Deum, quanto illa prosequebatur amore, nec tanta in Proximum præditi erant charitate, flagitabant, vt in exordio indicaui; hoc tantum bonum illi curæ haud fuisse dicemus? Credibile omninò non est; Ast, ni mea me fallit opinio, Dauid Propheta supracitato in Psalmo, precem à Virgine factam innuit, eodemque in instanti acceptam gra-

tiam declarat. vna mecũ quæso Psalmi verba ponderate: EXPECTANS EXPECTAVI DOMINVM, iuxta Incogniti, & aliorũ expositionem, Propheta prægrande desiderium, iteratasque sanctorum Patrum, preces insinuat: EXPECTANS EXPECTAVI DOMINVM, ET INTENDIT MIHI, (dicit nomine Virginis) ET EXAVDIVIT PRECES MEAS, orationem scilicet à Virgine factam, OSCVLETVR ME &c. ET IMMISIT IN OS MEVM CANTICVM NOVVM CARMEN DEO NOSTRO; verba scilicet canticæ; OSCVLETVR ME &c. A B

Psal. 39. 1.

Hic oritur difficultas; Nam Propheta in ordine verborum videtur ostendere, Virginem ante precem voti compotem factam fuisse, quia prius dicit: EXAVDIVIT PRECES MEAS, & postea sequitur: ET IMMISIT IN OS MEVM CANTICVM NOVVM, CARMEN DEO NOSTRO; orationem scilicet Deo factam à Virgine. Ad difficultatem respondeo, quod adeo pronus est Deus ad nostras exaudiendas orationes, vt minus expectet rogari: vnde dicit Propheta: DESIDERIVM PAVPERVM EXAVDIVIT DOMINVS, PRAEPARATIONEM CORDIS EORVM AVDIVIT AVRIS TVA. non dicit orationem; sed desiderium; & aliunde: CVM CLAMAREM AD EVM EXAVDIVIT ME: quando rogabam, iam me exaudierat: AD DOMINVM CVM TRIBVLARER CLAMAVI, ET EXAVDIVIT ME. CLAMAVERVNT IVSTI, ET DOMINVS EXAVDIVIT EOS. quod si hęc non sufficiunt, audite Isaiam: ET ERIT, ANTEQVAM CLAMENT, EGO EXAVDIAM EOS; Sublata est ergo difficultas; sed Gabrielis Archangeli responsum reassumamus. C D


Psal. 10. 17. Psal. 21. 25. Psal. 119. 1. Ps. 106. 13. Isa. 65. 24.

AVE GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM: Tu ob verbi incarnationem orasti, & ob eius aduentum in carne: en responsum: DOMINVS TECVM est, & erit, quod iuxta illius precem intelligendum est; OSCV-

Luc. 1. 28.

LETVR

A LETVR ME OSCVLO &c. Hęc oratio per modum optatiui, & imperatiui, ſimul facta fuit,ſic Præceptorum Magiſter Dominicali in oratione nos docuit facere; à Tertulliano,Breuiarium Euangelij nuncupata; cunctis in petitionibus obſeruate: SANCTIFICETVR NOMEN TVVM: ADVENIAT REGNVM TVVM: FIAT VOLVNTAS TVA, cum ſequentibus. Sancta Eccleſia à Chriſto edocta hoc orandi modo vtitur ſuis
B in maioribus neceſſitatibus;Et ratio eſt;quia nos Dominus magna cum fide præcipit orare: OMNIA QVAECVMQVE ORANTES PETITIS, CREDITE, QVIA ACCIPIETIS, ET EVENIENT VOBIS, cum ſe nos exauditurum promiſiſſet: PETITE, ET ACCIPIETIS; QVAERITE, ET INVENIETIS: PVLSATE, ET APERIETVR VOBIS; vt certiores redderet orantes, vniuerſalis promiſſio facta fuit: OMNIS ENIM, QVI PETIT ACCIPIT, Marc. 11. 24. Matt.21.22 Matth. 7. 8
C QVI QVAERIT INVENIT: ET PVLSANTI APERIETVR. Hic ora ndi modus,idem eſt ac Domino dicere: Memento promiſſionis tuę. Et quia Archangeli verbis commota eſt Virgo; TVRBATA EST IN SERMONE EIVS, adiunxit Gabriel; INVENISTI GRATIAM APVD DEVM: Tu ipſamet hanc petiſti gratiam, qua accepta cur nunc turbaris? Turbata fuit ex eo,quia non pro ſe hanc exquiſierat gratiam; ſed pro humano genere, & præci-



D puè nomine Virginis illius Deum pariturę, cui ancillari deſiderabat; Hęc habet diuus Bonauentura: OPTABAM, VT FACERET ME (Virginis nomine loquitur) VIDERE TEMPVS, IN QVO ESSET NATA ILLA BEATISSIMA VIRGO, QVAE DEBEBAT FILIVM DEI PARERE; ET VT CONSERVARET OCVLOS MEOS, VT POSSEM EAM VIDERE; LINGVAM, VT POSSEM EAM LAVDARE; MANVS, VT POSSEM EI SERVIRE; PEDES, ET GENVA, VT POSSEM ADORARE FILIVM DEI IN GREMIO

Bon.tom.2. opus.med. devitaChriſti cap. 3.

MIO SVO. Idem legitur in reuelationibus Sanctę Birgitæ. Ideo Archangelo subiunxit: QVOMODO FIET ISTVD? NOVERAT VIRGO MYSTERIVM INCARNATIONIS, QVOAD SVBSTANTIAM (dicit Philo Carpathius) IGNORABAT QVOAD CIRCVMSTANTIAS, CVM NESCIRET, AN ID FVTVRVM OPERA VIRI, AN DEI VIRTVTE. Propterea interrogauit Gabrielem de modo, non de substantia: QVOMODO FIET ISTVD? Gabriel omnes difficultates dissoluit, dicendo, quòd Deus in illa, & cum illa suam erat adhibiturus omnipotentiam: NON ERIT IMPOSSIBILE APVD DEVM OMNE VERBVM, sic ipsamet Virgo fatetur: FECIT IN ME MAGNA, QVI POTENS EST: Archangelus ortum filij aperuit illi: QVOD ENIM EX TE NASCETVR SANCTVM &c. eiusdem filii vitam: HIC ERIT MAGNVS; violentam mortem: ET FILIVS ALTISSIMI VOCABITVR (quod accidit, cum post mortem eiusdem filij, Centurio exclamauit: VERE FILIVS DEI ERAT ISTE) Resurrectionem, & ad coelum Ascensionem: ET DABIT ILLI DOMINVS DEVS SEDEM DAVID PATRIS EIVS, ET REGNABIT IN DOMO IACOB IN AETERNVM, ET REGNI EIVS NON ERIT FINIS, vt distinctiùs suo loco in Canticæ verbis inspectabimus. Hæc oratio facta à Virgine talis, ac tantæ fuit efficaciæ, vt illicò fuerit exaudita. sic canit Ecclesia: DOMVS PVDICI CORPORIS, TEMPLVM REPENTE FIT DEI: INTACTA NESCIENS VIRVM ALVO CONCEPIT FILIVM. idem asserit Bernardus: TANTAE EFFICACIAE OSCVLVM SPONSI FVIT, VT MOX CVM ACCEPISSET SPONSA, EX IPSO CONCIPERET, TVMESCENTIBVS VBERIBVS LACTE CAELESTI. HABES ERGO QVOD PETISTI SPONSA, ET HOC TIBI SIGNVM, QVIA MELIORA FACTA SVNT VBERA TVA VINO: HINC TE NOVERIS OSCVLVM ACCEPISSE, QVOD TE CONCEPISSE SENTIS: VNDE

Lib. 1. reuelation. S. Birgitæ.
Phil. Carp. in Cantic.
Luc. 1. 37.
Luc. 1. 39.
Matt 27. 54.
Hymn. in Natiu. Dñ.
Bern. serm. 9. in Cant.

A B C D

A VNDE, ET VBERA TIBI INTVMESCVNT, FACTA IAM IN VBERTATE LACTIS MATER; MELIORA PROCVL DVBIO SVNT VBERA TVA VINO, SAECVLARIS SCIENTIAE, QVAE INEBRIAT CVRIOSITATE, NON CHARITATE, IMPLENS NON NVTRIENS, INFLAMMANS, NON AEDIFICANS. ſed proſequamur canticam.

QVIA MELIORA SVNT VBERA TVA VINO.

Beata Virgo ſic mihi dicere videtur; Domine mi, te
B enixè rogaui, nunc toto cordis affectu obſecro, humanam carnem induere. hoc tibi peragendum eſt; Quia, vt tuam in lacte miſericordiam figuratam oſtentes melius eſt, quàm iuſtitiam in vino expreſſam; Imò carnem aſſumendo vtramque demonſtrabis: Per caſta vbera, & lac purum, dulce, & album ex ſe procedens ab vberibus, vel potius à cordis amore, abſque vlla violentia, Diuina intelligitur mi- Horig. in Cant. hum. 1, 2.
C ſericordia, ad mentem Origenis, Bernardi, Ruperti, Bernard. in Cant.
Gregorij, Lirani; Quæ Dei eſt proprietas; Per vinum Rup. in Cant. 1.
autem, quod, vt exhauriatur, violentia vtendum eſt, iuſtitia deſignatur: vt miſericordiæ effectus exprimantur, pingitur mulier, quæ duos nutrit lacte Greg. in Cant. 1.
pueros; Lac ergo miſericordiæ eſt ſymbolum: Vnde Lira in Cant. 1.
ait Propheta; IN MISERICORDIA VBERI: vinum, quod Pſalm. 91.
per vim exhauritur, diuinam deſignare iuſtitiam affir-
D mant ſupracitati Doctores; Deus enim coacto non hilari plectit animo, illius namque natura ad veniam ſemper eſt prona: DEVS CVI PROPRIVM EST MISERERI SEMPER, ET PARCERE; Punire autem non eſt voluntas illius abſoluta; ſed quodammodo coacta, & vt ita dicam, extra ſuam naturam; notate verba Prophetæ, quomodo loquitur de Deo puniente: EXCITATVS EST TANQVAM DORMIENS DOMINVS; TANQVAM POTENS CRAPVLATVS A VINO: ET PERCVSSIT INIMICOS SVOS &c. Eccl. in orat. 1. poſt litanias. Pſal. 77. 65.

vtitur

vtitur metaphora vini ad exprimendam diuinam iu- A
ſtitiam; & ebrietatis, quæ ebrietas declarat hominem
extra ſe: Quando iraſcitur Deus, & coactus eſt prop-
ter peccata hominem caſtigare, iraſcitur vt nobis mi-
Iſa. 28. 21. ſereatur. notate verba, ſignate myſteria Iſaiæ; VT FACIAT OPVS SVVM (hoc eſt parcere) ALIENVM OPVS EIVS (videlicet caſtigare,) iterum repetit: VT OPERETVR OPVS SVVM (hoc eſt miſereri) PEREGRINVM EST OPVS EIVS AB EO (hoc eſt iuſtitiam exercere) ita hunc locũ B
exponunt Hieronymus, & Auguſtinus: Vnde Tertull. dixit: DE SVO EST MISERICORS, DE NOSTRO EST IVSTVS; Adeo eſt miſericors, vt in ipſomet actu puniendi vta-
Habac. 3. 2. tur miſericordia. ſic ſcribit Habacuc: CVM IRATVS FVERIS, MISERICORDIAE RECORDABERIS; & Proheta:
Pſal. 59. 3. IRATVS EST, ET MISERTVS EST NOBIS. ipſemet Iſaias fatetur vidiſſe Deum volentem punire, ſimulque au-
Iſa. 1. 24. diſſe illum dolentem, & lacrymantem: HEV CONSOLABOR SVPER HOSTIBVS MEIS, ET VINDICABOR DE INIMICIS MEIS. Cum Deus diluuio propter humani generis peccata vniuerſam Terram vellet inundare, in Ge- C
Gen. 6. 7. neſi legitur, quod TACTVS DOLORE CORDIS INTRINSECVS, DELEBO, INQVIT, HOMINEM, QVEM CREAVI, A FACIE TERRAE (notate, TACTVS DOLORE CORDIS) vt aperiat ſuæ non eſſe voluptatis, nec voluntatis punire, quinimò dolere videtur, dum punit; POENITET ENIM D
ME FECISSE EOS: Miſereri autem, & parcere, proprium eſt Dei, non autem plectere. Deum vniuerſorum primam eſſe cauſam, neminem præterit, ex ſemetipſo miſericordia vtitur, quin rogetur: Vnde parcendo ſe primam oſtentat cauſam; caſtigando autem (quoniam culpa debet pręcedere pœnæ) non primam, ſed ſecundam ſe demonſtrat cauſam, & per conſequens caſtigando non videtur operari ſecundum propriam

Dei

A Dei naturam. Triplex est autem Dei misericordia, speciosa, spatiosa, pretiosa: prima purgat à vitijs, secunda locupletat diuitijs, tertia accumulat delitijs. Sed Canticam prosequamur.

MELIORA SVNT VBERA TVA VINO. Vinum, Diuinæ iustitiæ extare symbolum (ni fallor) Propheta indicauit his verbis: CALIX IN MANV DOMINI VINI MERI (hoc est, quod sibi sua in passione bibendum serua- Psal. 74. 9.
B uit Dominus) vinum purũ erat absque peccati fece, & significat Dominum pænã absque culpa luisse; in calce tamẽ calicis fecẽ peccatoribus reseruauit: VERVMTAMEN FEX EIVS NON EST EXINANITA, BIBENT OMNES PECCATORES TERRAE; Clarius Ioannes in Apocalypsi hoc declarauit, de peccatore loquens: BIBET DE VINO IRAE Apoc. 14. 10
DEI, QVOD MIXTVM EST MERO IN CALICE IRAE IPSIVS. Vinũ ergo, Diuinæ iustitiæ symbolum est; ideo iure
C merito affirmat Sponsa: MELIORA SVNT VBERA TVA (indulgẽtię) VINO irę: Hoc idem Propheta Dauid annuisse mihi videtur in Psalm. 62. QVONIAM MELIOR EST MISERICORDIA TVA SVPER VITAS. Psal. 62. 4.

Vt melius sensum horum verborum intelligamus, in memoriã reducere debemus casum primi Parentis; Cum Deus Adæ vetuit pomum, sub duplicis mortis pœna prohibuit: IN QVACVNQVE DIE COMEDERIS EX Gen. 2. 17.
D EO, MORTE MORIERIS; Vnde post peccatum omnis homo quoad animam, & corpus, occubuit; & Diuina iustitia ab omnibus Adæ filijs per primi Parentis inobedientiam, duplicem vitam, animæ scilicet, & corporis requirebat ab ipsis; nec ab illa ad aufugiendum tutum iter reperiebatur. Dicit ergo Propheta: Tua, mi Domine, melior mihi videtur misericordia hominibus parcens, quam tua iustitia duplicem à nobis exposcens vitam: MELIOR EST MISERICORDIA TVA

SVPER VITAS: Iure ergo merito Sponsa affirmat: MELIORA SVNT VBERA TVA (misericordiæ scilicet) VINO (tuæ iustitiæ). A

Bern. serm. 9. in Cant. Diuus Bernardus per Vbera Sponsi, spirituales intelligit amores, qui æterni sunt: per vinum autem affectus carnales, qui deficiunt, & multas in se includunt imperfectiones, pluriumque extant causa malorum. Per vbera Sponsi, Beatæ Virginis vbera accipi possent, quæ Christi erant, vino procul dubio meliora; Hæc Sancta Marcella Beata predicauit: B

Luc. 11. 27. BEATVS VENTER, QVI TE PORTAVIT, ET VBERA QVAE SVXISTI. MELIORA SVNT VBERA TVA VINO; Vinum apertis oculis potatur, & quod bibitur inspicitur, & videre oblectamur; Vnde ferè semper crystallinis in vasibus, vel saltem vitreis potatur; Nam illius color inspectantium oculos delectat; Lac vero clausis potatur oculis, nec quid bibitur, inspicitur. C

Fortasse obijciet aliquis: Melius mihi videtur, quod cernitur, quam quod non inspicitur; Quonam ergo pacto affirmat Sponsa, lac quod nō videtur vino melius esse, quod cernitur? Breuiter pro Spōsa respōdeo: Vinū, quod oculis inspicimus, humanā figurare sciētiā, quę rerū causas exquirit; scire est rem per causam cognoscere. Hęc in visibilibus, & sēsibilibus fundatur rebus. D Lac vero, quod clausis potatur oculis, fidem repræsentare; Nam, vt docet Apostolus; FIDES EST SPERANDARVM SVBSTANTIA RERVM, ARGVMENTVM NON APPARENTIVM; Nunc breuiter liceat discurrere, An vera sit propositio illibatę Spōsę: MELIORA SVNT VBERA TVA VINO, in qua meliorem asserit esse fidem visu carentem, humana scientia in sensibus fundata; fides in Dei verbo, quod infallibilis est veritas, radices

Hebr. 11. 1.

agit,

A agir: tale nec fallere, nec falli poteſt. Humana vero ſcientia, à ſenſitiua cognitione pendet, ſenſus autem noſtri mille modis per ſemet, & alijs decipi poſſunt; Vt breuitati ſtudeam, & ne in omnibus euagari ſenſibus cogar, vnum, & omnium nobiliſsimum, nempe viſum, accipiam. Aſpicite Cœlum, & quaſi noui homines iridem attentis oculis conſiderate, nec tale quid vnquam vidiſſe arbitrantes, inſpectate; Vi-
B ſus picturam varijs ornatam coloribus exiſtimabit. fallitur, non enim ibi pictura eſt, nec color vllus; ſed mera illuſio, & dolus oculos fallens; Si ergo viſus ceterorum nobiliſsimus ſenſus fallitur, quid de alijs ſentiendum? Ergo in lacte figurata fides, quæ nec decipi, nec decipere poteſt, melior eſt vino humanæ ſcientiæ, vt affirmat Sponſa. Meritum viſu tollitur; Ideo melius eſt non videre, quam videre. ſic
C teſtatur eademmet veritas: BEATI, QVI NON VIDERVNT, ET CREDIDERVNT. Lac tenellis ab infantibus loqui, nec verbum proferre ſcientibus, potatur: Vinum verò grandioribus viris; vbera dantur paruulis, id eſt humilibus, & ſimplicibus, & inſontibus pueris, ait Bernardus; Illibata ergo Sponſa in Spiritus ſancti ſchola edocta, & cęleſtis Sponſi guſtum, quantumque illi humilitas ſit grata cognoſcés,
D ſe puellulis lactantibus comparare maluit, ita vt dicere mihi velle videatur: Domine mi, tuo in conſpectu adſto, vt infantula, quæ lac concupiſcit, & infantilia loquitur; & fortaſſe ab illa hanc didicit doctrinam Apoſtolorum Princeps, quando dixit; QVASI MODO GENITI INFANTES RATIONABILES SINE DOLO LAC CONCVPISCITE. Hos Deus diligit, & cum ipſis ſpontè conuerſatur; ET CVM SIMPLICIBVS SERMOCINATIO EIVS; plus ſimplicium affectus de cor-

Ioan. 20. 29.

Prima Petri 2. 2.

Prou. 3. 32.

de erumpentes, quàm ſapientum prudentumque ex- A
Pſalm. 8. 3. quiſitos ſermones ęſtimat. De primis ſic loquitur Propheta: EX ORE INFANTIVM, ET LACTENTIVM PERFECISTI LAVDEM; & de ſecundis eademmet Ve-
Luc. 10. 21. ritas teſtatur: CONFITEOR TIBI PATER DOMINE COELI, ET TERRAE, QVIA ABSCONDISTI HAEC A SAPIEN-
Pſalm. 118. 130. TIBVS, ET PRVDENTIBVS, ET REVELASTI EA PARVVLIS: ET INTELLECTVM DAT PARVVLIS. Iſaiæ locum iuxta id quod Sponſa dicit, litteraliter de Filij ę- B
terna generatione loquentis, animaduerto; in quo vberum, & lactis metaphora, temporalem ſpondet Verbi aduentum, nempe incarnationem, ad ſanctorum Patrum expectantium conſolationem. Iſaiæ ver-
Iſa. 66. 9. ba ponderate: NVMQVID EGO, QVI ALIOS PARERE FACIO, IPSE NON PARIAM, DICIT DOMINVS? SI EGO QVI GENERATIONEM CAETERIS TRIBVO, STERILIS ERO, AIT DOMINVS DEVS TVVS? LAETAMI- C
NI CVM HIERVSALEM, ET EXVLTATE IN EA OMNES, QVI DILIGITIS EAM. GAVDETE CVM EA GAVDIO VNIVERSI, QVI LVGETIS SVPER EAM (ſcilicet humanitatem Verbi) VT SVGATIS, ET REPLEAMINI AB VBERE CONSOLATIONIS EIVS, ET MVLGEATIS, ET DELICIIS AFFLVATIS AB OMNIMODA GLORIA EIVS. ECCE EGO DECLINABO SVPER EAM (ſcilicet humanitatē) QVASI FLVVIVM PACIS, ET QVASI TORRENTEM INVN- D
DANTEM GLORIAM GENTIVM, QVAM SVGATIS: AD VBERA PORTABIMINI, ET SVPER GENVA BLANDIENTVR VOBIS (en quod Sponſa innuit, MELIORA SVNT VBERA TVA VINO) QVOMODO SI CVI MATER BLANDIATVR, ITA EGO CONSOLABOR VOS, ET IN HIERVSALEM (quæ erat Metropolis, cui Nazareth ſubiacebat, in qua Verbi Incarnatio facta fuit, & Bethelem ſimiliter, vbi natus eſt Ieſus) CONSOLABIMINI.

Inſu-

A Insuper animaduerto his verbis : MELIORA SVNT VBERA TVA VINO , sacram Sponsam de Verbi Incarnatione , & fidei mysterio loqui ; QVI CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO , NATVS EX MARIA VIRGINE, in lacte figurata , quod clausis potatur oculis. Dicere ergo : MELIORA SVNT VBERA TVA VINO , idem est, ac dicere: Melius est credere, quam videre. Fides scientia, & lac Ex symb. Apost.
B vino; non solum ex eo quod lac ex se, & ex cordis amore procedit; vinum autem coactè; certior est fides scientia. Insuper fides abundat merito; ast scientia caret : vbera lacte exuberant semper , non sic ex racemis: semel vinum haurietis, nil insuper ; vbera verò assiduè lac præbent ; vbera ab vbertate dicuntur ; En quæ inter demortuas aquas humanarum scientiarum , & sacræ Scripturæ fontem intercedit
C differentia ; à quo Sancti Patres tot sensus , documenta, eruditiones, tantasque doctrinas , & moralitates exhausere, vt tot Bibliothecæ repletę fuerint; sed inceptum prosequamur.

FRAGRANTIA VNGVENTIS OPTIMIS. ne quisquam ex eo quod de osculis , & vberibus differuerit casta Sponsa, aliquam malitiam suspicetur, semet de insontibus osculis, puris, & castis, vtpotè qui-
D bus lactantes osculantur infantes , loquutam fuisse declarat, dicendo : MELIORA SVNT VBERA TVA VINO ; & prosequitur : FRAGRANTIA VNGVENTIS OPTIMIS quasi dicat : non solum VBERA TVA sunt meliora VINO; sed FRAGRANTIA VNGVENTIS OPTIMIS. quibus verbis declarat se de inhonestis osculis, fœtidisque vberibus verba non facere, sed castis, mammillisque Paradisi odorem spirantibus. Iterum declaro, FRAGRANTIA VN-

GVEN-

GVENTIS OPTIMIS. triplex vnguentũ, deuotionis, A
pietatis,& charitatis;Primũ funditur ſuper pedes Domini:ſecũdũ ſuper caput;tertiũ ſuper totũ corpus:Primũ bonũ; Secundũ melius; Tertium optimum; Primum ſanat; Secundum roborat; Tertium exhilarat: Vnguenta optima, ſunt dona Spiritus ſancti, quibus
Bern. ſerm. 11. in Cant. vbera Chriſti fragrant. HAEC VNGVENTA NON MINVS SVAVIA, QVAM SALVBRIA SVNT, ait Bernardus. Vt melius intelligatur, ſciendum eſt in ſacra Scriptura pro bonis odoribus, & vnguentis (iuxta ſanctorum Patrum expoſitionem) puritatem, caſtitatem accipi, & virginitatem; E contra pro fętoribus, immunditias carnis, & peccatorum illuuiem. De ſancto Philippo Nerio legitur,quod,vt pœnitens illi appropinquabat, à fœtore dignoſcebat an immundus eſſet, vel ab odore caſtus. Deus, cui ſemper placuit caſtimonia, & ſummopere amauit virginitatem, carniſque peccata odit, in figura huius, in ſynagoga oleum virgineum aromatibus permixtum ardere volebat: C
Exod.35.28 AROMATA, ET OLEVM AD LVMINARIA CONCINNANDA, ET AD PRAEPARANDVM VNGVENTVM, AC THYMIAMA ODORIS SVAVISSIMI COMPONENDVM. Victimas quoque odoriferas eſſe iubebat: ODOR SVAVISSIMVS VICTIMAE DOMINI: Exodum, librũ Numeri,& Leuiticum perlegite: nihil aliud præcipere reperietis præter fragrantias, aromata, & thymiama; Adeò vt odorum amantiſſimus videretur. D
Eccleſiaſtes etiam pluribus in locis, idem memorat:
Eccl.24.20. SICVT CINNAMOMVM, ET BALSAMVM AROMATIZANS ODOREM DEDI, QVASI MYRRHA ELECTA DEDI SVAVITATEM ODORIS. Hac igitur de cauſa poſtquam Sponſa de oſculis, & vberibus loquuta eſt, immediatè declarat ſe dicens: FRAGRANTIA VNGVEN-

A GVENTIS OPTIMIS, de castis osculis, & Virginis mammillis, verba facere. quod si non sufficeret, sequitur: OLEVM EFFVSVM NOMEN TVVM Per vnguentum, & oleum, balsamum intelligitur, ad mentem expositorum; OLEVM EFFVSVM (pro omnibus) NOMEN TVVM. ANTE INCARNATIONEM DIVINVM VERBVM ERAT INCLVSVM, inquit Bernardus, IN SINV PATRIS: (sic Ioannes Euangelista: Ber. ser. 42. in Cant.

B .VNIGENITVS FILIVS, QVI EST IN SINV PATRIS, IPSE ENARRAVIT) NVNC AVTEM MEDIA INCARNATIONE NON SOLVM FVSVM; SED ET EFFVSVM: CHARITAS DEI DIFFVSA EST IN CORDIBVS NOSTRIS PER SPIRITVM SANCTVM, QVI DATVS EST NOBIS; Origenes legit. EXINANIVIT SEMETIPSVM, pro vt declarat Apostolus. SEMETIPSVM EXINANIVIT, in beneficium nostrum. Ioan. 1. 18. Rom. 5. 5. Ad Phil. 2. 7

C OLEVM EFFVSVM NOMEN TVVM, his verbis insinuat effusionem gratiæ, & dona Spiritus S. per propagationem fidei in omnes gentes: mediante prædicatione nominis Iesu Christi, inquit Glossa. Hoc est istud sacrosanctum nomen a Patriarchis expetitum, à Prophetis vaticinatum, a Deo nominatum: ET VOCABIS NOMEN EIVS IESVM: a Virgine prędicatū: FECIT MIHI MAGNA, QVI POTENS EST, ET SANCTVM Matth. 1. 21. Cātic. Virginis.

D NOMEN EIVS: ab Apostolis laudibus elatum: IBANT APOSTOLI GAVDENTES, QVONIAM DIGNI HABITI SVNT PRO NOMINE IESV CONTVMELIAM PATI: a martyribus testificatum, qui pro hoc nomine martyrium vltro subiere: a Confessoribus, & creaturis omnibus rationabilibus, laudabile, & laudatum: A SOLIS ORTV VSQVE AD OCCASVM LAVDABILE NOMEN EIVS; à Virginibus amatum; de quibus dicitur: OLEVM EFFVSVM NOMEN TVVM, IDEO ADOLE- Act. 5. 41. Psal. 112. 4.

ADOLESCENTVLÆ DILEXERVNT TE : ab A
omnibus Sanctis magnificatum, & exaltatum, vt ora-
Psal. 33. 4. bat Dauid. MAGNIFICATE DOMINVM MECVM, ET EXAL-
TEMVS NOMEN EIVS IN IDIPSVM; Nomen gloriosum, &
vniuerso Terrarum Orbi admirabile, iuxta dictũ Pro-
Psal. 8. 1. phetę. DOMINE DOMINVS NOSTER QVAM ADMIRABI-
LE EST NOMEN TVVM IN VNIVERSA TERRA : vno verbo
dicam. Nomen longè antecellens omnibus. DONA-
VIT ILLI NOMEN, QVOD EST SVPER OMNE NOMEN; B
ad cuius pronunciationem Creaturę omnes, quæ in
cœlo sunt, & super terram, genuflectunt se; & sub ter-
ra etiam, id est in Inferno, & omnis lingua simile Pa-
Phil. 2. 9. 10. tri fatetur. VT IN NOMINE IESV OMNE GENV FLECTA-
TVR, COELESTIVM, TERRESTRIVM, ET INFERNORVM, ET
OMNIS LINGVA CONFITEATVR, QVIA DOMINVS IESVS
CHRISTVS IN GLORIA EST DEI PATRIS. Quale autẽ est
Nomen nostri cælestis Spõsi? Christus Iesus; Iesus idẽ C
sonat, ac Saluator; Christus VNCTVS interpretatur; Sal-
uator dicitur, quia saluat; sic Archãgelus Gabriel Iose-
Matt. 1. 21 pho dixit; ET VOCABIS NOMEN EIVS IESVM, IPSE ENIM
SALVVM FACIET POPVLVM SVVM A PECCATIS EORVM,
nam nostrę salutis tanto ęstuat desiderio, vt non ole-
um tantum suę misericordię & nominis, sed totum
Psal. 53. 3. sanguinem fuderit. Nostrę nos non pigeat salutis.
Dñe mi, saluari cupio. DEVS IN NOMINE TVO SAL- D
Psal. 47. 11. VVM ME FAC; nomini tuo facta respondeant, SECVNDVM
NOMEN TVVM, SIC ET LAVS TVA. Peccator sũ, fateor; Ast
quò magis peccatorum onere aggrauor, eo magis tuę
misericordię potentiã manifestabis, sic fatetur Prophe
Psal. 24. 11. ta. PROPTER NOMEN TVVM DOMINE PROPITIABERIS
PECCATO MEO; MVLTVM EST ENIM. Memento quod te in
mundum non pro iustis venisse ; sed pro peccato-
Matth 9. 13 ribus declarasti. NON VENI VOCARE IVSTOS, SED
PECCA-

A PECCATORES. Salua nos ergo, quia peccatores sumus: PROPTER GLORIAM NOMINIS TVI LIBERA NOS, ET PROPITIVS ESTO PECCATIS NOSTRIS PROPTER NOMEN TVVM. Tu Domine in conceptione, & ortu à Patre tuo cælesti super omnes Prophetas, & Reges tanquam illorum caput perunctus fuisti: Insuper vt summus Sacerdos iustitiam diligens, & odio habens iniquitatem: DILEXISTI IVSTITIAM, ET ODISTI INI- Psal. 78. 9. Psal. 44. 8.
B QVITATEM; PROPTEREA VNXIT TE DEVS DEVS TVVS OLEO LAETITIAE PRAE CONSORTIBVS TVIS (nam nec Homines, nec Angeli tuæ consortes gloriæ, vncti sunt tanta gratia, sicut Christus Dominus in vnione hypostatica) ait Bernardus. Odores, & fragrantias nunc audite: MIRRHA, ET GVTTA, ET CASSIA A VESTIMENTIS TVIS, EX QVIBVS (scilicet odoribus) DELECTAVERVNT TE FILIAE REGVM IN HO-
C NORE TVO. En quod in Cantica Sponsa innuit: IDEO ADOLESCENTVLAE DILEXERVNT TE. Christi fideles humiles, & casti, adolescentulæ sunt, præcipuè Virgines, quæ nihil aliud in mente debent habere præter Iesum: MVLIER INNVPTA COGITAT, QVAE DOMINI SVNT, VT SIT SANCTA CORPORE, ET SPIRITV; hæ Christi sunt Sponsæ: VNI VIRO VIRGINEM CASTAM EXHIBERE CHRISTO; Prima Cor. 7. 34. 2. Cor. 11. 2.
D Hæ Christum diligunt non ob vtilitatem tantum, & voluptatem, quibus illius in amore perfruuntur: verum etiam ob honestatem, & bonitatem, quam in semet seruat. Quis nostrum illius misericordię oleum ab ipsa natiuitate (medio Baptismate) expertum fuisse poterit inficiari? IMPINGVASTI IN OLEO CAPVT MEVM. Puer in Baptismo tribus in locis vngitur: in pectore, propter Dei amorem: inter scapulas, vt fortis resistat contra tentationum molestias: in capite, Psal. 22. 5.

vt ſenſus omnes, qui abundant in capite, cuſtodiat; A
& ab oleo ſanctiſſimi Nominis tui Chriſti Chriſtiani
dicimur: nec hoc tuę diuinę charitati ſuffecit. Nos
etiam ſacro oleo in confirmatione vngere voluiſti;
& aliquibus præ cæteris (de Sacerdotibus loquor)
non caput tantum, & frontem; ſed tanta gratiarum vbertate, chariſmatibus, doniſque ſancti Spiritus ſuperabundaſti, vt eandemmet Chriſti perſonam
videantur repræſentare; authoritatem eis tribuens B
(quoties libuerit) dicendi: HOC EST CORPVS MEVM; inſuper poteſtatem ipſis communicans (quod Deo ſolummodo proprium eſt) peccata remittendi: ACCIPITE SPIRITVM SANCTVM: QVORVM REMISERITIS PECCATA REMITTVNTVR EIS. Reliquum nunc eſt, vt nos illius ad imitationem, iuſtitiam diligamus, & iniquitatem horreamus. Sine oleo gratię tuæ omnes aridi eſſemus. Quot ab oleo effectus boni proue- C
niuut! Paſcit, lucet, fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem; Lux, cibus, & medicina eſt; Sanat ægrotos, confirmat debiles, efficit robuſtos, & deliciat perfectos; hoc pretioſiſsimo oleo, & balſamo
Pſal. 102. 3. noſtros Dominus curat languores, & morbos; QVI SANAT OMNES INFIRMITATES NOSTRAS (animæ, & corporis); Balſamum à putredine viua corpora præſeruat, & à corruptione mortua; ideoque mor- D
tui balſamo condiuntur: idem operantur aromata. Verum eſt ergo dicere: OLEVM EFFVSVM NOMEN TVVM.

Ex hoc, mediante Apoſtoli doctrina, intelligemus cur vnguenta fragrantia, & odorata aromata, caſtitatem, & virginitatem; fœtores verò carnis peccata figurent. Paulus ſua prima ad Corinth. docet:
Prima Cor. 6. 18. OMNE PECCATVM QVODCVNQVE FECERIT HOMO, EX-

TRA

A TRA CORPUS EST : QVI AVTEM FORNICATVR, IN CORPVS SVVM PECCAT . difficilis videtur hæc doctrina Apoſtoli: nam corpus non eſt ſubiectum peccati; ſed anima: Quomodo ergo dicit Apoſtolus, QVI AVTEM FORNICATVR, IN CORPVS SVVM PECCAT? Reſpondeo: Alia peccata ſolum maculant animam; peccata autem carnis, & corpus inficiunt; nullum enim inter peccata adeò corpus debilitat, quam carnis vi-
B tium, quod ſeneſcere, & ante tempus occumbere facit . ita experientia docet, & Gloſſa declarat: FORNICATIO CORPVS MAGIS, QVAM VLLVM ALIVD PECCATVM LAEDIT . Balſamum ergo & aromata, quæ odoribus pollent, corpus conſeruant; e contra carnis flagitia ſpurcitijs, & fœtoribus illud corrumpunt; ET CORPVS, QVOD CORRVMPITVR, AGGRAVAT ANIMAM . Ideo diuini auxilij indiget anima, ne cadat, Sap. 9. 15.
C præcepſque ruat, & in terræ cœno inuoluta permaneat; Ideo proſequitur Sponſa.

TRAHE ME POST TE, CVRREMVS IN ODOREM VNGVENTORVM TVORVM . Cur non dixit, trahe nos; dum dicit CVRREMVS? Reſpondit Bernardus: DE SODALIBVS BENE IVDICABAT, DE SE AVTEM HVMILITER SENTIEBAT; Ideo propriam fatetur infirmitatem, ſuique ſtatus abiectionem, cum neceſ- Bern. ſerm. 21. in Cant.
D ſitate diuinæ gratiæ, cuius indigebat auxilio, ne diuinorum mandatorum à recto deuiaret tramite. Orat inſuper magna fide cæleſtem Sponſum, tantam receptura gratiam; Præcepta namque diuina, mundi hominibus licet ardua videantur, ne dicam obſeruatu impoſſibilia: attamen Tridentinum Concilium docet, DEVM IMPOSSIBILIA NON IVBERE; SED IVBENDO MONET FACERE QVOD POSSIS, ET PETERE QVOD NON POSSIS, ET ADIVVAT, VT POSSIS . MAGNVM INEST Conc. Trid ſeſſ. 6. cap. 2

Aug. in Ioã. 6. tom. 9. PRECIBVS ROBVR : VT FVNIS NOS A TERRAE COENO AD COELI SVPERNA (inquit Augustinus) spontanea vi, & libenti amore attrahit. A

Ber. ser. 21. in Cant. TRAHE, ait Bernardus, TORPENTEM, VT FACIAS CVRRENTEM. Assiduè Deus est exorandus, vt nobis nostris in necessitatibus opem ferat, amicabilemque sua gratia vim inferat: Vnde orat Ecclesia; NOSTRAS ETIAM REBELLES AD TE COMPELLE PROPITIVS VOLVNTATES.

In secreta Dominicæ quartæ post pentecost. En duobus in verbis, impio responsum Pelagio dicenti; hominem diuini auxilij, vt mandata seruet, ope non egere. Fallitur, inquit Sponsa: TRAHE ME, quia ex me sola nihil valeo: B

Ioan. 15. SINE ME NIHIL POTESTIS FACERE: vnde orabat Propheta:

Psal. 118. 5. VTINAM DIRIGANTVR VIAE MEAE AD CVSTODIENDAS IVSTIFICATIONES TVAS: VTINAM, obsecratio optatiua est, in qua necessitatem, qua Dei gratia laboramus, vt eius mandata custodiamus, ostendit. En Luteri impia hęresis confutata, absolutè asserentis hominibus Dei mandata seruare impossibile esse: Verum non est, inquit Sponsa; POST TE CVRREMVS: Tua, non solum gratia deambulare, verum etiam currere potero; curremus simul; C

1. Cor. 15. 10 NON EGO SOLVM, SED GRATIA DEI MECVM: Propria quisquis currit voluntate; ita de semet Propheta testatur:

Psal. 16. 32. VIAM MANDATORVM TVORVM CVCVRRI, CVM DILATASTI COR MEVM. Falsa est ergo Caluini doctrina, fidem solam ad salutem necessariam docens; sine bonis operibus, minimè, inquit Sponsa; POST TE CVRREMVS. audite Prophetam, quomodo currendum: VIAM MANDATORVM TVORVM CVCVRRI. Dei ergo præcepta seruanda sunt: D

Matt. 19. 17. SI VIS AD VITAM INGREDI, SERVA MANDATA: magna Dei misericordia; Iisdem Dominus nostris vtitur calamitatibus, vt nos in cœli tramite faciat deambulare, & curre-

A currere. Quid per Oseam dicat, attentis auribus audite: IN FVNICVLIS ADAM TRAHAM EOS: trahit Pater: NEMO POTEST VENIRE AD ME, NISI PATER QVI MISIT ME TRAXERIT EVM: trahit Filius, qui dixit, OMNIA TRAHAM AD ME IPSVM. Trahit Sponsus volentes, adiuuat orantes, suscipit currentes, Currimus; quando voluntati eius in nullo contradicimus: Vnde dixit Isaias: QVI SPERANT IN DOMINO CVRRENT, ET NON LABORA-
B BVNT; AMBVLABVNT, ET NON DEFICIENT. Infinitæ misericordiæ facinus est, nos terrenis in rebus quiescere non posse, vt ijs quæ in cœlis sunt, inhiemus: CHARITATE PERPETVA DILEXI TE, IDEO ATTRAXI TE MISERANS TVI, dixit in Ieremia. CVRREMVS IN ODOREM VNGVENTORVM TVORVM, NON IN NOSTRORVM FIDVCIA MERITORVM, inquit Bernardus. obseruans Dei mandata, nouas recipit gratias, ideo sequitur.

Ioan. 6. 44.
Ioan. 12. 32.
Isa. 40. 31.
Ier. 31. 40.
Ber. ser. 21. in Cant.

C INTRODVXIT ME REX IN CELLARIA SVA: EXVLTABIMVS, ET LÆTABIMVR IN TE, MEMORES VBERVM TVORVM SVPER VINVM: RECTI DILIGVNT TE. Postquam suum cælestem Sponsum exorauerat immaculata Sponsa, TRAHE ME POST TE, voti illicò compos effecta fuit: nam Dominus Angelum Gabrielem ad illam annunciandam misit: INTRODVXIT ME REX (non per se
D ipsum; sed per Angelum suum, scribit Carpathius) qui illi Incarnationis mysterium referauit, vt asserit Ambrosius: & introducta fuit per fidem, & charitatem, IN CELLARIA SVA (id est Dei) Guglielmus, Ricardus, & Dionysius hunc locum de visione beatifica exponunt, cum multorum sit opinio Doctorum, Beatam Virginē suæ vitę tempore pluries ad Dei visionē fuisse eleuatam; Si enim hęc gratia Paulo fuit concessa; quanto magis Dei Genitrici? sed illius

Amb. in ser. 1. in ps. 118.
Gugl. Ricar Dion. lib. 3. de laud. Mariæ &c.

lius insistamus dictis: INTRODVXIT ME REX IN CELLARIA SVA, quia plura sunt, vnde ait Christus, IN DOMO PATRIS MEI MANSIONES MVLTAE SVNT: Cellaria dicitur à Cella, cella dicitur à celãdo siue à cælo; hic Beata Virgo Diuinorũ mysteriorũ agnitione, cęlestiũque gratiarũ, nulli creaturarũ antea cõcessa affecta fuit, vt supra citati affirmãt Doctores; tãtoque Dei amore repleta, vt nullus inter cęteros cõparãdus sit amori humanitatis Christi, & Virginis dilectioni; & quia amor Dei facit animam exultare ideo sequitur. A B

EXVLTABIMVS, ET LÆTABIMVR IN TE, MEMORES VBERVM TVORVM SVPER VINVM. Triplex gaudium; Temporale; Spirituale; & Cæleste: Primo gaudent in Terris mali, mundi fallacia seducti; Secundo gaudent Iusti, Dei gratia imbuti; Tertio Sancti, qui Christi vestigia sunt sequuti. Ita canit Ecclesia: GAVDENT IN COELIS ANIMAE SANCTORVM, QVI CHRISTI VESTIGIA SVNT SEQVVTI &c. EXVLTABIMVS, ET LÆTABIMVR IN TE. non ego sola; sed omnes, qui te ardenti diligunt desiderio; IN TE, non extra te, nam extra Deum nulla vera lætitia, voluptas nulla: COR MEVM, ET CARO MEA EXVLTAVERVNT IN DEVM VIVVM, sic ipsamet Beata Virgo in suo cantu testata fuit: EXVLTAVIT SPIRITVS MEVS IN DEO SALVTARI MEO. De nobis, & in nobis haud gaudendum; sed in Deo solum: nam gloria in homine vana, in Deo vera: ideo ait Apostolus: QVI GLORIATVR, IN DOMINO GLORIETVR: DELECTARE IN DOMINO, ET DABIT TIBI PETITIONES CORDIS TVI. In Domino exultant iusti, cum Domino Beati: EXVLTATE IVSTI IN DOMINO: O QVAM GLORIOSVM EST REGNVM, IN QVO CVM CHRISTO REGNANT OMNES C D

Psal. 83. 3. — Cãt. B. M. V. — 1. Cor. 35. — Psalm. 31. 1. — Ecclesia.

SANCTI

A SANCTI. Per ipſum, & in ipſo gaudendo in preſenti vita, beatifica incipimus perfrui gloria, de qua dicitur: ADIMPLEBIS ME LAETITIA CVM VVLTV TVO. MEMORES VBERVM TVORVM SVPER VINVM. MEMORES, ergo non immemores acceptorum beneficiorum. Mundi delitiæ vino comparantur labenti facile, pluresque imperfectiones cęlanti; Nihil his cum ſpiritualibus voluptatibus puriſsimis

Pſal. 15. 11.

B ſimul, & immenſis. Vinum cor hominis lætificat, perfecta tamen non eſt lætitia, comparanda diuino amori in lacte, & vberibus Sponſi expreſſa. Corporales voluptates impuros, ac terrenos reddunt homines; Spirituales verò caſtos, iuſtos, & cæleſtes, BENEFICIA DIVINA OB EORVM COPIAM DICVNTVR VBERA SPONSI, inquit Bernardus: hęc famem explent: & ſitim mundanarum rerum extinguunt, Deique in

Bern. in Cantic.

C ſeruitio hilares reddunt amantes. Si memoria vberum facit exultare, & lætari; quid facient ipſa vbera? Si memoria, quid faciet experientia? Mundi felicitates vt vinum labuntur, & citò deficiunt, nihilque illis, & Sponſi vberibus: experti teſtentur. Aſt, vt quilibet libare poſſit, reflectat quæſo, ſe de nihilo formatum, innumerabiliumque penè dixerim animalium generationum dominum conſtitutum, inter quæ

D nonnulla ſe ſe exenterant, vt nos veſtiant; alia ſe occidi, & deglutire permittunt, vt nobis ſimul veſtimentum præbeant, & alimentum. Animalia relinquamus: fructiferas plantas, pulchras, odoriferas, ac ſalutiferas, attento percurrite oculo: fere innumerabiles ſunt, omnes, noſtris vt inſeruiant egeſtatibus naſcuntur. Sed abiectam ſinamus tellurem: Cœlum potius, imo tot Cœlos, tantaque ſidera fixa, & errantia contemplamini. omnia pro nobis creata

ſunt,

sunt; Solem Planetarum lucidissimum patrem, mundi oculum, suo à celerrimo cursu nunquam desistentem, nobis inseruire voluit Dominus: ORDINATIONE TVA PERSEVERAT DIES, QVONIAM OMNIA SERVIVNT TIBI: Hoc tamen minimum est. Hoc vinum; vbera Sponsi sunt, nostram omnibus hominibus salutem naturalibus commendasse mandatis: QVOD TIBI VIS FIERI &c. QVOD TIBI NON VIS FIERI &c. Insuper & diuinis: VNICVIQVE MANDAVIT DEVS DE PROXIMO SVO &c. Quid plura? Omnibus Cœli ciuibus tuam indixit, & commendauit salutem: OMNES SVNT ADMINISTRATORII SPIRITVS IN MINISTERIVM MISSI; qui assiduè tui curam gerunt: ANGELIS SVIS DEVS MANDAVIT DE TE, VT CVSTODIANT TE IN OMNIBVS VIIS TVIS, & vt labētē puerū suis in brachijs gestare debeant: IN MANIBVS PORTABVNT TE, NE VNQVAM OFFENDAS AD LAPIDEM PEDEM TVVM. Quinimò tui exuberanti amore ductus, & zelotes factus, ipsemet nulli fidens, ab vtero vsq; ad tumulū tui curā gerit: DOMINVS CVSTODIT TE AB OMNI MALO: CVSTODIAT ANIMAM TVAM DOMINVS. DOMINVS CVSTODIAT INTROITVM TVVM, ET EXITVM TVVM EX HOC NVNC, ET VSQVE IN SAECVLVM. Nec animæ tantū, verū etiā corporis, & ossiū post mortem curā gerit: CVSTODIT DOMINVS OMNIA OSSA EORVM: VNVM EX HIS NON CONTERETVR. Obliuioninè danda sunt hæc diuina beneficia? Diligere ergo debemus Dominum; Ideo sequitur Sponsa:

Psal. 11. 91. | Eccl. 17. 12. | Antiph. ad Magnif. in festo Angel. | Psal. 90, 11. | Ps. 120. 5. 6.

A | B | C | D

RECTI DILIGVNT TE. SIC LOQVITVR (ait Bernardus) PROPTER ALIQVAS DE NVMERO IPSARVM, QVAE LICET CVRRERE VIDERENTVR, NON RECTE TAMEN AMBVLANTES; SED QVAE SVA ERANT QVAERENTES, ET ALIIS INVIDENTES, MVRMVRABANT; NON CAELESTEM SPONSVM; SED SEIPSAS AMANTES, ET AD TERRAM

Bern. serm. 24. in Cant.

A TERRAM INCVRVANTES; Ideo dicit Sponsa: RECTI TILIGVNT TE. Rectus Deus rectum hominem fecit ad imaginem, & similitudinem suam. Triplex est rectitudo: Cordis, Oris, & Operis. De corde: QVAM BONVS ISRAEL DEVS HIS QVI RECTO SVNT CORDE! De ore: NON LOQVVTI ESTIS RECTVM IN CONSPECTV MEO, SICVT SERVVS MEVS IOB; DA SERMONEM RECTVM, ET BENE SONANTEM IN OS MEVM. Psal. 72. 1. Iob. 42. 7. Eccles.

B De opere: IOB VIR SIMPLEX, ET RECTVS, AC TIMENS DEVM: Per peccatum ipsemet homo seipsum incuruauit. vnde dicit Bernardus; QVID INDECENTIVS QVAM IN RECTO CORPORE CVRVVM ANIMVM GERERE? PRONAQVE CVM SPECTENT ANIMALIA CAETERA TERRAM, OS HOMINI SVBLIME DEDIT, CAELVMQVE TVERI IVSSIT, ET ERECTOS AD SIDERA TOLLERE VVLTVS. Iob. 8. 6.

Nec diligere debemus Dominum propter benefi-
C cia accepta solum; sed per suammet bonitatem, rectitudinem, & iustitiam, & ne beneficiorum immemores videamur; Imitando Prophetam qui dicebat: INCLINAVI COR MEVM AD FACIENDAS IVSTIFICATIONES TVAS IN AETERNVM PROPTER RETRIBVTIONEM: Animaduertite verba, non dicit, propter tributionem, idest propter præmium recipiendum; sed PROPTER RETRIBVTIONEM, ne in ingrati animi notam
D incurrat. Diuini amoris, & proximi fundamentum iustitia est; Ideo declarat Glossa: RECTI, id est, IVSTI, DILIGVNT TE. sequitur Cantica. Ps. 118. 13.

NIGRA SVM, SED FORMOSA, FILIÆ HIERVSALEM; SICVT TABERNACVLA CEDAR; SICVT PELLES SALOMONIS. Quoniam cęlestis Sponsi pulchritudinem, & venustatem contemplauerat Sponsa, semet in ordine ad illum circumspiciens, humiliat, nigramque se nominat,

nihilo tamen minus, quia sic casto libet Spõso, formosã A simul esse fatetur, NIGRA SVM SED FORMOSA. Nigredo est color in superficie corporis tãtũ, oppositus albedini; formositas autẽ cõsistit in omniũ membrorũ apposita cõpositione, & proportione, cũ venustate, & gratia (inquit Augustinus). His etiam verbis tacitè Angelorũ obiectioni faciẽdę satisfacit, dicendo nempe, quonam pacto natura humana (quæ loquitur) imperfectionibus abundans, Diuini Verbi poterat sibi B arrogare incarnationem? Respondet ea de causa se à Diuino diligi Sponso, quia NIGRA SVM; SED FORMOSA; IDEO DILEXIT ME REX, notate illud IDEO: ET INTRODVXIT ME IN CVBICVLVM SVVM; hic dicit: IN CELLARIA SVA, & alibi: IN CVBICVLVM SVVM: nam Christus Sponsus non venit vocare iustos, id est Angelos; sed Peccatores, id est homines. Si verba hęc; NIGRA C SVM; SED FORMOSA, Christi humanitati applicare vellemus, res non male se haberet quia hæc primo aspectu nigra apparebat; IN SIMILITVDINEM CARNIS PECCATI; In essentia autem erat formosa; QVIS EX VOBIS ARGVET ME DE PECCATO? Quod si Virgini applicauerimus, benè etiam res se habebit. Beata Virgo natura nigra respectu Angelorum; Gratia verò illis formosior. Si tandem Ecclesię cum Au- D gustino rectè quoque, & bene erunt applicata: Nigra ob Peccatores; & ob Iustos Formosa: Nigra exterius pressuris, & studio humilitatis; interius formosa charitate, & virtutibus. Audi formosam, SPE GAVDENTES; audi nigram; IN TRIBVLATIONE PATIENTES; TRISTITIA VESTRA VERTETVR IN GAVDIVM. Ecce nigra simul, & formosa.

Rom. 8. 3.
Ioan. 8. 46.
Aug. serm. 201. de tẽp.
Rom. 12. 12.
Ioan. 16. 20.

Hisce ijsdem verbis nascentis Ecclesiæ persecutiones

A tiones demonstrari plerique asserunt expositores. NIGRA, quia tribulationes denigrant corpus; FORMOSA, quia ipsæmet tribulationes adaugent pulchritudinem animę; hoc exemplo, quod de se affert Sponsa, semet excusat, simulque respondet tacitę obiectioni: SICVT TABERNACVLA CEDAR. Cedar Filius fuit Ismael, de quo dictum est: MANVS EIVS CONTRA OMNES, ET MANVS OMNIVM Gen.16.12.
B CONTRA EVM; & intelligit de corpore suo, vt Petrus: CERTVS QVOD VELOX EST DEPOSITIO TABERNACVLI MEI; non secus ac si diceret: ne meam ò cœli ciues admiremini nigredinem, quia non in triumphanti Ecclesia, vt vos, immoror; sed militanti, cœlique inclementiæ exposita, vt tabernacula Cedar, quæ alba esse nequibant, quia assiduè apertis in campis contra hostes dimicabat. Aliud venustatis
C exemplum adducit: SICVT PELLES SALOMONIS: Credibile est, vniuersum terrarum Orbem inquisitum fuisse, vt pelles, quibus Salomon cooperiretur, pulcherrimæ reperirentur.

2.Pet.1.14.

NOLITE ME CONSIDERARE QVOD FVSCA SIM, QVIA DECOLORAVIT ME SOL; FILII MATRIS MEÆ PVGNAVERVNT CONTRA ME: POSVERVNT ME CVSTODEM IN
D VINEIS: VINEAM MEAM NON CVSTODIVI; Se se humiliando, & excusando simul distinctiùs suæ nigredinis causam narrare prosequitur; Et in hæc ferè verba prorumpere videtur: Verum equidem est, quod fusca sum: sed non semper talis, quia à Deo lumine circumdata, creata fui (humana loquitur natura) meumque corpus solem lumine æmulabatur (talia Adæ, & Euę corpora ante peccatum existebant;) AMICTVS LVMINE, SICVT VESTIMEN- Psal.103.2.

TO, dicit Propheta; ſed cum vterque originalem deperdiſſet iuſtitiam, Dei Gratiam videlicet, qui ſol iuſtitiæ eſt, ab illis, & per conſequens à me ſplendorem, quo, vt veſtimento induebamur, abſtulit, nudique remanſimus; VIDERVNT SE ESSE NVDOS, hoc eſt lumine orbatos, nos induente. A

Gen. 3. 7.

FILII MATRIS MEÆ PVGNAVERVNT CONTRA ME: non Patris mei, dicere animaduertite (qui Deus eſt): Sed MATRIS MEÆ, Adam, & Eua videlicet de terra compacti, hi in me mala operati ſunt, hi pugnauerunt contra me; hi poſuerunt me cuſtodem in vineis. VINEAM MEAM NON CVSTODIVI, (Paradiſum videlicet terreſtrem, à Deo, vt delitioſiſsimam ſatam vineam) PLANTAVERAT AVTEM DOMINVS DEVS PARADISVM VOLVPTATIS; illaque in delicijs affluente vinea, Adam, vt eam cuſtodiret, poſuit: TVLIT ERGO DOMINVS DEVS HOMINEM, ET POSVIT EVM IN PARADISO VOLVPTATIS, VT OPERARETVR, ET CVSTODIRET ILLVM: In illa vinea, vnum tantum erat obſeruandum mandatum: DE LIGNO AVTEM SCIENTIAE BONI, ET MALI NE COMEDAS; Et quia tale non ſeruauerunt mandatum, ipſi, illorumque deſcendentes expulſi fuerunt: & nunc non vnum ſolum, ſed decem ſunt obſeruanda præcepta, quæ vt tot vineę ſunt, à quibus obſeruantiæ fructus ſunt extrahendi. Quod ſi hæc de Virgine verba intelligere vellemus: NOLITE ME CONSIDERARE QVOD FVSCA SIM, QVIA DECOLORAVIT ME SOL: IMO, QVI FECIT SOLEM, IPSE SEMETIPSO ME IMPLEVIT, inquit Rupertus Abbas; Dei amor me decolorauit; AMORE LANGVEO. Vt ergo de tantis eripiar malis, & periculis, vellem vitam cum morte commutare; & vt te perfruar

Gen. 2. 15. 16. 17. — B, C

Gen. 2. 17. — D

Rup: Ab: in Cantic:

fruar

A fruar, desidero: Ego sum ouis errans, quæro Pastorem meum.

INDICA MIHI QVEM DILIGIT ANIMA MEA, VBI PASCAS, VBI CVBES IN MERIDIE, NE VAGARI INCIPIAM POST GREGES SODALIVM TVORVM. Domine mi, tantus me tenet, ne te lędam, timor, vt occumbere enixè rogem: Ideo vbi in meridie meus celestis quie-
B scat Sponsus, & pastor, inquiro, IN MERIDIE; quando sol vmbram non expandit, sed mera est dies, hoc est, diuinam clarè essentiam videre, vt videam eum in patria sua sicuti est, flagito. Christo perfruendi gratia, Apostolus hac de luce migrare optabat: CVPIO DISSOLVI, ET ESSE CVM CHRISTO; Et Propheta se mori non posse conquerebatur: HEV MIHI QVIA INCOLATVS MEVS PROLONGATVS EST, vnde Phil. 2. 23. Psal. 119. 5.
C orabat: EDVC DE CVSTODIA: ANIMAM MEAM &c. quantò magis Beata Virgo, quæ plus his Deum diligebat? Vel cum Bernardo dicamus, hisce verbis Virginem agnoscere petijsse, quę mundo Dei filium absque vmbra erat demonstratura: APPELLAT DIEM, ET MERIDIEM (inquit Sanctus) ORTVM, ET ADVENTVM CHRISTI IN CARNE: VBI CVBAS IN MERIDIE, Deus cubat in iustis, vt in meridie; ET E- Psal. 141. 8. Bern. in Cantic. Psalm. 36. 6.
D DVCET QVASI LVMEN IVSTITIAM TVAM, ET IVDICIVM TVVM TANQVAM MERIDIEM, dicebat Propheta. NE VAGARI INCIPIAM POST GREGES SODALIVM TVORVM. Sponsa proximi charitate impulsa, fidelium nomine exorat; NE VAGARI INCIPIAM &c. Triplex est vagatio; cordis; oris; & operis; POST GREGES SODALIVM TVORVM. Dæmonem, mundum, & carnem, Sponsi sodales per antiphrasim dicit, vt cum nos amicum dici-

dicimus aliquem, inimicum esse intelligentes : Præ A
cæteris melius pericula noscebat, & in hominem infinitum extare vacuum , quod nemo præter Deum
Psal.16.15. poterat explere ; TVNC SATIABOR , CVM APPARVERIT GLORIA TVA . & alibi : INQVIETVM EST
Psalm.4.9. COR NOSTRVM DONEC REQVIESCAT IN TE ; Deus solus nostrum est centrum : Vnde dicebat Propheta : IN PACE IN IDIPSVM DORMIAM , ET REQVIESCAM : Interim Sponsa, Sponsi domum expete- B
bat, nempe Paradisum, quia illum tantummodo di-
Psalm.25.8. ligebat : DOMINE DILEXI DECOREM DOMVS TVAE , ET LOCVM HABITATIONIS GLORIAE TVAE ; En responsum.

SI IGNORAS TE , O PVLCHERRIMA INTER MVLIERES, EGREDERE, ET ABI POST VESTIGIA GREGVM , ET PASCE HOEDOS TVOS IVXTA TABERNACVLA PASTORVM. C

Carp. in Cantic. SI IGNORAS TE ; SCILICET DEI MATREM CONSTITVENDAM (ait Carpathius.)hæc procul dubio non solũ pulchra; sed & pulcherrima inter mulieres: casta Sponsa se diuinum Sponsum diligere affirmauerat : QVEM DILIGIT ANIMA MEA : qui Deum diligit, Deum habet in se. DEVS CHARITAS EST : ET QVI MANET IN CHARITATE IN DEO MANET , ET
Ioan.4.16. DEVS IN EO ; Ideo illi responsum fuit : SI IGNO- D
RAS TE. hoc est, ego in te sum : Qui Deum amat, eius seruat mandata ; & qui Dei custodit mandata, Deum habet in se, hoc est Patrem, Filium, & Spi-
Ioa.14.23. ritum sanctum. SI QVIS DILIGIT ME (eademmet Veritas dicit) SERMONEM MEVM SERVABIT ; ET PATER MEVS DILIGET EVM , ET AD EVM VENIEMVS , ET MANSIONEM APVD EVM FACIEMVS ; Totam ergo in se Trinitatem habet. Sciscitaris vbi in meridie quiescam?

A ſcam ? In te, reſpondeo; Ideo SI IGNORAS TE, ſi hoc tibi non ſufficit, en alius me noſcendi modus; SI IGNORAS TE; homo Dei copia eſt, & Deus eius originale: qui in originale oculos attollere nequit, copiã reſpiciat. In homine duo ſunt operandi modi: internus vnus, medio intellectu, & voluntate: externus alius, hoc eſt, per viſibiles operationes, vt ſtudere, deambulare &c. pari modo, in Deo duo ſunt modi
B operandi, vnus ad intra, medio intellectu, & voluntate; alius ad extra, vt mundi creatio &c. velle & intelligere in homine accidentia ſunt: nam noſtrum intelligere non ſemper eſt in actu; ſed multoties in potentia, vt etiam amare. Hæ duæ imperfectiones copiæ in originali non extant: eſſe namque in potentia, & accidens, in Deo non reperitur; omnia enim in ipſo, actu ſunt (qui eſt perfectiſſima, & ſimpliciſſi-
C ma ſubſtantia) & quidquid eſt in Deo, eſt ipſemet Deus, hoc eſt cum Pater ęternus ſemet intelligens generat Filium: Idem de voluntate dicitur, qui Spiritus ſancti eſt proceſſio. Alius modus ad extra eſt, qui à noſtra libera pendet voluntate: pari modo in Deo mundi creatio, conſeruatio &c. vlterius.

A Creaturarum cognitione ad Dei cognitionem peruenitur, inquit Apoſtolus: INVISIBILIA DEI PER Rom. 1.20.
D EA, QVAE FACTA SVNT INTELLECTA CONSPICIVNTVR: Sed ab homine pręcipue, qui eſt perfectior creatura, & ſimilis Deo: FACIAMVS HOMINEM AD IMAGINEM, ET SIMILITVDINEM NOSTRAM: Vnde aiebat Gen. 1. 26. Propheta: MIRABILIS FACTA EST SCIENTIA TVA EX Pſal.138.6. ME: cognitio ſui ipſius ad Dei cognitionem ducit, Ideoque, SI IGNORAS TE &c. Quod ſi nec hoc vt me agnoſcas tibi ſufficiat, & me videre, vt ſumcupis, mori neceſſe eſt; NON VIDEBIT ME HOMO, ET Exod.33.20 VIVET;

VIVET; ideo sequitur: EGREDERE, ET ABI: EGREDERE scilicet à corporis domicilio: ET ABI, quo Sancti perexere Patres, ibique intellectui, & voluntati satisfacies, & sensibus quoque, qui hædi sunt errantes, & inquieti: ibi me (prout sum) videbis, & visus correspondet auditui; SICVT AVDIVIMVS, SIC VIDIMVS IN CIVITATE DEI &c. sequitur Cantica. A

Psalm. 47. 9.

EQVITATVI MEO IN CVRRIBVS PHARAONIS ASSIMILAVI TE AMICA MEA. Cum Sponsam, vitam degere timentem vidisset Sponsus, vt illam animaret, & roboraret, suo equitatui comparauit, quo Pharaonem subegit, quasi dicat: Cur viuere times, dilecta mea, cum fortis & terribilis sis Hostibus tuis, vt meus ipse equitatus, cui superbus Pharao cum curribus, & equitibus suis non potuit resistere? EQVITATVI MEO IN CVRRIBVS &c. B

IN, id est contra Currus Pharaonis: nam propositio IN, negationem importat, & contrarietatem, vt pius impius, iustus iniustus &c. sic in nostro casu IN, id est contra; sed qualis est iste equitatus Dei? Totam percurri sacram Scripturam, nec Deum ad Pharaonem superandum equitatu vsum fuisse reperi vnquam; sed Moysis tantum virga, qua mediāte prodigia operatus est, eundemque Pharaonē in mare rubrum præcipitē, vniuerso cum exercitu demersit. Si ergo Sponsa, Dei equitatui similis est, virga erit: Ita plane Christi humanitas, quæ prima est Spōsa, virga extat, de qua dicitur: VIRGAM VIRTVTIS TVAE EMITTET DOMINVS & qua mediante non aquarum in mare; sed in igne tartareo demersit infernalem Pharaonem. Si hæc ad Virginem verba referimus, de illa vaticinatum fuit: EGREDIETVR VIRGA DE RADICE IESSE; & hac virga tartarei Pharaonis caput contriuit: IPSA CONTERET CAPVT C D

Psal. 109. 2.

Isa. 11. 1.

Gen. 3. 15.

A PVT TVVM: & vt benè dispositus equitatus Dei, se terribilem profundè abysso demonstrauit: TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA; de ipsa Virgine dicitur.

PVLCHRÆ SVNT GENÆ TVÆ, SICVT TVRTVRIS: COLLVM TVVM SICVT MONILIA. Cum se laudibus exaltari humilis Sponsa intellixisset, erubuit primò; & subito palluit, vnò eodemque tem-
B pore gauisa est, & mœruit: Sponsus, qui illam obseruabat, vt factum indicaret, adiunxit; PVLCHRÆ SVNT GENÆ TVÆ SICVT TVRTVRIS: Genarũ venustas in rubore stat, & albedine; Turtur vero dũ canit, ingemiscit: Lætitię cantus signum est; luctus, mœroris: Innuit ergo Sponsus illam vna simul erubuisse, & lætam de laudibus, simulque contristatam fuisse.

COLLVM TVVM SICVT MONILIA; Moni-
C le, quod à collo pendet, ad venustatem inseruit, & ornamentum; ligat simul, & ornat. Vult insinuare Sponsus, collum Sponsæ adeò venustum esse in se, vt monili non indigeat; nec cuiusuis alterius artificialis ornamenti auxilio ad pulchritudinem. Docet Apostolus virum caput esse mulieris; Fæmina ergo, quæ virum non habet, virgo erit: collum igitur virginitatem indicabit. His mysticis verbis innuit Spon- 1. Cor. 11. 3
D sus, se virginitatis voto ab illa emisso ligatum, & emancipatum fuisse: nam, vt inquit Bernardus; MONILE LIGAT ET ORNAT, LIGAT SPONSVM, ET ORNAT SPONSAM: Nil nunc restat præter Stalagmia. Solent Amantes Sponsi, Sponsis preciosa ornamenta donare, vt earum erga se amorem feruentius accendant. Ideo sequitur.

MVRENVLAS AVREAS FACIEMVS TIBI VERMICVLATAS ARGENTO. Plura sunt myste-

ria, quàm verba: Pretermittam multa, vt breuitati studeam: Accipiam solum materiam, & formam, in quibus cælestis Sponsi indicatur natura: diuina, & humana, Verbi scilicet incarnatio mox in Virgine facienda, mediante eiusdem Virginis fide: SCRVTAMINI (vt docuit Christus) SCRIPTVRAS. MVRENVLAS AVREAS FACIEMVS TIBI VERMICVLATAS ARGENTO; Sanctissimæ Trinitatis (ni fallor) sunt verba Beatæ Virgini dicta. Murenulæ aureæ (vt communis Patrum declarat Glossa) ornamenta sunt aurium fidei inseruientium: en Beatę Virginis fides, quæ Theologalis est virtus, & habitus à Deo infusus. Ideo dicitur: MVRENVLAS AVREAS FACIEMVS TIBI; Nam fides ex auditu; auditus autem per verbum Dei, ab ore Archangeli prolatum: ECCE CONCIPIES IN VTERO, ET PARIES FILIVM &c. cui Beata Virgo fidem dedit, respondendo; ECCE ANCILLA DOMINI: FIAT MIHI SECVNDVM VERBVM TVVM: Vnde Elisabeth: BEATA QVAE CREDIDISTI, QVONIAM PERFICIENTVR EA, QVAE DICTA SVNT TIBI A DOMINO (per Angelum scilicet) forma igitur insinuat fidem Incarnationis Verbi. Nunc videamus materiam: MVRENVLAS AVREAS FACIEMVS TIBI VERMICVLATAS ARGENTO: Aurum (vt declarant expositores) significat Diuinitatem, Argentum Humanitatem, iuxta promissionem Domini: ECCE CONCIPIES IN VTERO, ET PARIES FILIVM; Nam verba Dei Argentum esse testatur Propheta: ELOQVIA DOMINI ELOQVIA CASTA, ARGENTVM IGNE EXAMINATVM: Ex supradictis autem verbis, MVRENVLAS AVREAS FACIEMVS TIBI VERMICVLATAS ARGENTO, aurum vestiendum erat argento: En Verbum Diuinum humana carne induendum: & quia HOMO

Ioan. 5. 39. A B C D

Rom. 10. 17

Luc. 1. 31.

Luc. 1. 38.

Psal. 11. 7.

A HOMO PVTREDO, ET FILIVS HOMINIS VERMIS: ideo Iob. 25. 6.
dicit VERMICVLATAS ARGENTO. Quid Propheta Sponsi nomine dicat, studiosè consideremus: EGO VERMIS, ET NON HOMO; EGO VERMIS, en hu- Psal. 21. 7.
manitas Christi vermiculata. ET NON HOMO, scilicet tantum; sed filius Dei etiam: vt filius Dei Aurum erat, se tamen vermem nominat: EGO VERMIS. Aurum ergo erat vermiculandum humanitatis nostræ
B argento. Ecce quod annunciant hæc mistica verba Canticæ: MVRENVLAS AVREAS FACIEMVS TIBI VERMICVLATAS ARGENTO. Insuper, in verme non solum diuini Sponsi indicatur humanitas, & summa humilitas; sed etiam eius voluntaria passio, & opprobriosissima mors, cum eiusdem gloriosa resurrectione; Nam vermis opprobrium homi-
C num est, verum hoc animal à seipso tumulatur, & post voluntarium sepulchrum à seipso etiam denuo ad vitam reuocatur, postremo dat se totum in beneficium publicum. Insinuat ergo quod dixi. Verbum Diuinum nondum humanam induerat carnem; Ideo sequitur Cantica: DVM ESSET REX IN ACCVBITV SVO; exponit Bernardus; IN SINV PATRIS, QVIA Bren. serm.
SEMPER IN PATRE FILIVS. NARDVS MEA DEDIT 42. in Cant.
ODOREM SVAVITATIS; Nardus humilis est her-
D ba, odore tamen pollens præstantissimo: multi, hac Magdalenæ vnguentum compactum affirmant: MARIA Ioan. 12. 3.
ERGO ACCEPIT LIBRAM VNGVENTI NARDI PISTICI PRETIOSI, ET VNXIT PEDES IESV, ET DOMVS IMPLETA EST EX ODORE VNGVENTI. hac de causa dicit Sponsa; NARDVS MEA, ad distinctionem vnguenti Magdalenæ: & tunc præcipuè fuit cum dixit; ECCE ANCILLA DOMINI: FIAT MIHI SECVNDVM VER- Luc. 1. 38.
BVM TVVM: tunc in istanti sancti Spiritus opera, pu-

risſimus ſanguis Virginis in carnem commutatus fuit, A
membra formata, & totũ Chriſti corpus perfectè or-
Hymn. in Natiu. Dñ. ganizatum; vnde canit Eccclesia: DOMVS PVDICI COR-
PORIS TEMPLVM REPENTE FIT DEI: INTACTA NESCIENS
VIRVM CONCEPIT ALVO FILIVM, Anima vnita fuit cor-
Ioan. 1. 14. pori, quod Diuinum aſſumpſit Verbum. ET VERBVM
CARO FACTVM EST; Quapropter iure merito dicere po-
Ex ſymbolo S. Athanaſi. terat Beata Virgo: DE MEIS VISCERIBVS GENVI DEVM,
ET HOMINEM, Chriſti Dei, & hominis vera effecta B
mater; Deus, & homo vnus eſt Chriſtus; matri ſi-
milis filius, filioque mater: DILECTVS MEVS MI-
HI, ET EGO ILLI: Quod ſi Pater de cœlo into-
nuit: HIC EST FILIVS MEVS DILECTVS; Virgo quoque
de eodemet filio in terris poterat exclamare; Hic eſt
filius meus dilectus; ita ſcribit Bernardus: FILII IL-
LIVS MATER EST, CVIVS DEVS PATER EST.

FASCICVLVS MYRRHÆ DILECTVS MEVS C
MIHI: INTER VRERA MEA COMMORABITVR.
Hæc verba Sponſæ hiſtorica ſimul, & prophetica ſunt:
Nam Chriſtus vt legitur tribus vicibus myrrham ac-
Matth. 2. 11. Marc. 15. 23. Ioan. 19. 39. cepit: à Magis in præſepio: à Iudæis in patibulo: a
Ioſeph in ſepulchro, et quia eodem in punto con-
ceptionis, ſumma conſtabat perfectione; PERFECTVS
DEVS; PERFECTVS HOMO EX ANIMA RATIONALI, ET
Ex ſymbolo S. Athanaſi. HVMANA CARNE SVBSISTENS; rationis vſum perfe- D
ctiſſimum habens, ſemet eterno Patri pro mundi ſa-
lute obtulit in holocauſtum; ita ſcribit Apoſtolus:
Heb. 10. 5. INGREDIENS MVNDVM DICIT: HOSTIAM ET OBLA-
TIONEM NOLVISTI (Moyſis de Sacrificijs intelligens)
CORPVS AVTEM ADAPTASTI MIHI (perpeſſuro, Sacri-
ficiumque oblaturo gratiſſimum, et perfectiſſimum
Deo) adeo vt cum ſe paruulum à teneris vnguiculis
obtulerit, quibusuis cruciatibus in Sacrificium, de
illo

A illo exiguo, & modico corpore Sponsa non immerito dicere posset; FASCICVLVS MYRRHÆ DILECTVS MEVS MIHI. Innuit quoque eiusdem filij otum. extremasq; calamitates, de quo dicitur: VAGIT INFANS INTER ARCTA CONDITVS PRÆSEPIA: simulque totius vitæ cursum insinuat, qui assidus fuit cruciatus; vnde in persona ipsius Propheta dixit: DEFECIT IN DOLORE VITA MEA, ET ANNI MEI IN GEMITIBVS: Hymn. Dñ. Psalm. Psal. 30. 11.

B Hoc vnum dicere sufficit beatam animam passibili corpori alligatam seruasse: eiusdem quoque magnam passionem, & cædem indicat eisdem verbis: FASCICVLVS MYRRÆ &c. Sed quia amanti nihil magnum, nihil durum, nihil difficile: Ideo dicit, FASCICVLVS MYRRHÆ DILCTVS MEVS MIHI: hoc totum pro me ille subibit: ego quoque partem meam illius ob amorem vltra subibo: (eandem passionem recogitans): INTER VBERA MEA COMMORABITVR; hunc myrrhæ fasciculum per nouem menses visceribus meis condam, & corde: INTER VBERA MEA COMMORABITVR; ast quia passiones Christi in beneficio nostro dulcescunt, ideo sequitur Cantica.

C

BOTRVS CYPRI DILECTVS MEVS MIHI, IN VINEIS ENGADDI. Noua prosequitur de Sponso

D metaphora, vaticinando Christi mortem, in publicum emanaturã beneficiũ, & Sacramenta: BOTRVS CYPRI &c, BOTRVS. Vuæ racemus, potus est, & cibus, pro pane inseruit, & vino. En Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, sub vtraque specie, in eiusdem passionis memoriam ante mortem institutũ. Cyprus, idem est, ac pulcher, quia sub candidissimi panis specie nobis datur; EX ADIPE FRVMENTI SATIATTE: Zachariam audite. QVID ENIM BONVM, Zac. 9. 17.

ET QVID

ET QVID PVLCRVM EIVS NISI FRVMENTVM ELECTORVM, A
ET VINVM GERMINANS VIRGINES? his similitudinibus sanctus Spiritus substantiam Dominicæ passionis, & Sanctissimæ Euchareſtiæ, eiusdem passionis compendium, declarat effectus: quod si non se satis declarasset metaphora Botri Cypri, addit: IN VINEIS ENCADDI, quo in loco vineæ haud extant; sed paruæ arbores vitibus similes, à quibus originem
Broc. in descrip. Terræ Sacte prima par. cap. 2. perfectum Balsamum habet, vt Brocardus inquit: Est B
locus sicut Paradisus Domini, Balsamum producens perfectissimum, quod omnibus medetur malis: Oleo & Balsamo in Baptismate, & Confirmatione, sacro Ordine, & extrema Vnctione vtimur: Sponsa ergo Botro Cypri, & Vineis Engaddi assimilat dilectum suum, cum ipse de se dicat; EGO SVM VITIS VERA, quæ
Ioan. 15. 1. Crucis ligno alliganda erat; sed etiam vuæ racemó, à qua mustum eius sanguinis prætiosissimũ crucis tor- C
Eccl. 24. 23. culari erat exauriendum in publicum beneficium. De Beata Virgine legitur; EGO QVASI VITIS FRVCTIFICAVI: vitis fructus vuuę racemus est: Balsamũ, & Myrrha pretiosissima sunt inter vniuersa aromatũ genera
Eccles. 24. odorẽ spirantia: SICVT CINAMOMVM, ET BALSAMVM AROMATIZANS ODOREM DEDI, QUASI MYRRHA ELECTA DEDI SVAVITATEM ODORIS. Myrra, & Balsamũ potentiora sunt ad corpora à corruptione præseruanda: sed vt melius dictum intelligamus, sciendum est quo- D
nam pacto de illis paruis arboribus Engaddi, vitibus similibus hauriatur: Expositores aiunt, Theophylatus, Iustinus, Ioseph Hebræus, Origines, Ambrosius, Beda.
Hieron. in lib. trad. seu quæst. hebr. Abulensis, & Diuus Hieronymus, Balsamum hisce ab arboribus, vt sanguis à venis humani corporis extrahi, puncturis scilicet, & vulneribus. Vaticinatur ego Spon sa à spinarum, & clauorum manuum;

pedum-

A pedumque cælestis Sponsi puncturis, sanguinem esse exhauriendum, & de lateris eius vulnere, Sacramenta emanatura; MIRE ERGO, inquit Bernardus, INTER SE CONCORDANT SVAVITAS ODORIS MYRRHAE, HOC EST DOLORIS, CVM FERVORE, ET IVCVNDITATE BOTRI, HOC EST AMORIS, ET PRETIOSITATE BALSAMI, HOC EST, SALVTIS NOSTRAE. Myrrha indicat passionem, Botrus resurrectionem: En paucis in verbis B Christi passio, illiusque copiosus fructus cum resurrectione, & beneficio nostræ salutis demonstrata, qua mediante Ecclesiā suam Sponsam ditat,& ornat; ideo sequitur; ECCE TV PVLCHRA ES, AMICA MEA; ECCE TV PVLCHRA ES; Iteratio est amoris confirmatio, geminam ostendit animæ pulchritudinem, innocentię scilicet,& humilitatis; In eo qui grauiter peccauit, quamuis amanda sit humilitas, non tamen C admiranda; In eo autem, qui innocentiam retinet, humilitaté reperire, singulare est, vt in Virgine: meritò ergo pulchra repetitur, cui neutra defuit pulchritudo innocentiæ, & humilitatis: de Ecclesia ait.

Bern. in Cant. ser. 44

Bern. in Cant. ser 45

OCVLI TVI COLVMBARVM, Domini passionem lacrymantes; illiusque simul resurrectionem decantantes. ECCE TV PVLCHER ES, DILECTE MI, ET DECORVS; vicissim idem præconium D suo mox reddidit laudatori, & adiecit, DECOREM, vt vtramque in Sponso exprimat substantiam, naturæ, & gratiæ. Tres sunt pulchritudines cælestis Sponsi: Prmia in mortali corpore, de quo dicitur: SPECIOSVS FORMA PRAE FILIIS HOMINVM. Secunda in Transfiguratione, RESPLENDVIT FACIES EIVS SICVT SOL. Tertia in glorificata humanitate. QVIS EST ISTE, QVI VENIT DE EDOM? ISTE FORMOSVS IN STOLA SVA. In prima, nostram honorauit infirmitatem; in secunda ostendit futu-

Psal. 44. 3.

Matth. 17, 2.

Isa. 63. 1.

futuræ beatitudinis qualitatem:in tertia perpetuæ in- A
corruptionis veritatem: Sponſus pulcher in terra; decorus in cœlo, pulcher in æqualitate, & virginitate
Ioan. 1. Matris; VERBVM CARO FACTVM EST; decorus in æqualitate Patris; DEVM DE DEO &c. ſuam, Sponſa,à Sponſi venuſtate,pulchritudinem exoriri, ſuaſque diuitias ab illius meritis emanare fatetur, his verbis ſupradictis. ſequitur.

LECTVLVS NOSTER FLORIDVS. Quatuor B
ſunt lectuli.Primus ſordidus,& fœtens fornicatorum. Secundus decoratus Sacramento Matrimonij.Tertius candore puritatis,& continentiæ ornatus.Quartus floridus virginitatis amœnitate.Tres ſunt flores Spõſi,& Spõſę; flos puritatis in corde; veritatis in ore; ſinceritatis in opere. Flos in aſpectu venuſtatem præbet, in tactu lenitatem, in olfactu ſuauitatem. In lecto quie-
Eccl. 24.12 ſcimus. Chriſtus Virginis in vtero quieuit. REQVIEVIT IN TABERNACVLO MEO. Virginis ergo venter lectulus eſt, inquit Bernardus: LECTVLVS, VTERVS VIRGINIS EST, DE QVO DICITVR: VENTER TVVS VALLATVS LILIIS. Lilium Virginitatem ſignificat, virginem igitur ante partum, in partu, & poſt partum extitiſſe demonſtrat. LECTVLVS NOSTER. Cubile paruum, vnum, vel duos non amplius
capit; Chriſtum videlicet, & Virginem. LECTV- D
LVS NOSTER dicit, non meus, quia amor omnia facit communia: quidquid Virginis erat,& Dei: Chriſtus in illa, & illa in Chriſto quieſcebat. FLORIDVS. Flos virginitatis eſt ſymbolum, vt maternitatis fructus. Eius ſacratiſsimo in vtero aberat carnis fœtor, virginitatis ſolum, puritatis caſtitatis, & ſanctitatis, ſuauiſsimus florum odor inerat. Chriſtum
1.Cor.15.45 Apoſtolus ſecundum prædicat Adam: primus Adam
Vir-

A virginea de terra creatus fuit. Ergo secundus quoque. Summum, & æternum Sacerdotem Propheta Christum nominat, SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH, Psal. 109. 4.
qui sine Patre, & Matre erat; Christus, æterna in generatione Matre caret; in temporali vero Genitore; ergo Melchisedech. Deus formauit Adam absque viro, & muliere; Euam de solo viro, absque muliere; Restabat ergo, inquit Ambrosius, sola de Virgine, qui formandus erat sine viro, nempe Christus; Virgo, pro Patre seruijt, & matre: matri Pater.

B

TINEA DOMORVM NOSTRARVM CEDRINA, LAQVEARIA NOSTRA CYPRESSINA. Superius paruulum habere cubile dixit sponsa; LECTVLVS NOSTER &c. nunc temporis plures habere domos fatetur: Virginali de ventre superius loquuta est sponsa, nunc verò à ventre ad corpus transijt, duoq. distincta habere corpora demonstrat; Christi videlicet, & Virginis: Illorum in corporibus procul aberat fętor; perfectissimus solus regnabat odor, vtriusque enim corpus virgineum erat: Ideoquè cedri metaphora, & cupressi vtitur, arborum, quę benè olent, serpentes expellunt, virent semper, & imputribilia sunt. His mysticis verbis vaticinatur se vitam cum morte commutaturos; sed eorum corpora incorrupta remansura, cupressus enim mortis est symbolum, cedrus lignum à tinea non consumitur, vt etiam cupressus, incorruptionis eorumdem corporum symbolum, de quibus scriptum fuit: NON DABIS SANCTVM TVVM VIDERE CORRVPTIONEM. Tigna cedrina, & laquearia cypressina ædificijs apta insinuant finalem charitatem Dei & proximi, nam charitas, vt docet Apostolus, ædificat. De Virgine legitur: QVASI CEDRVS EXALTATA SVM IN LIBANO, QVASI

C

D

Psal. 15. 10.


1. Cor. 5. 1.

Eccl. 24. 17.

CYPRESSVS IN MONTE SION. Tectum domus extrema A
pars eſt,& ſignificat mortẽ & perſeuerantiam finalẽ,
& electos, contemnentes inferiora,& tẽporalia,deſi-
derantes cæleſtia,& æterna: Animæ domicilium cor-
2. Cor. 5. 1. pus eſt, ex Apoſtoli doctrina; SCIMVS QVONIAM SI
TERRESTRIS DOMVS NOSTRA HVIVS HABITATIONIS
DISSOLVATVR (de corpore loquitur) QVOD AEDIFICA-
TIONEM EX DEO HABEMVS, DOMVM NON MANV-
FACTAM, AETERNAM IN COELIS. His igitur B
verbis Beata Virgo vaticinatur,vtrum-
que mortem ſubiturum: corpo-
ra vero eorum non cor-
rumpenda;
ſed
prę ſeruanda fore à corruptione, vt tertiam
poſt diem glorioſa reſurgant,vi-
ctura in ſæculum ſęculi C
Amen.



CAN




CANTICI CANTICORVM

CAPVT II.

1 EGO flos campi,& lilium con-
uallium.
2 Sicut lilium inter ſpinas, ſic
amica mea inter filias.
3 Sicut malus inter ligna ſilua-
rum, ſic dilectus meus in-
ter filios. Sub vmbra illius, quem deſideraue-
ram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.
4 Introduxit me in cellam vinariam, ordina-
uit in me charitatem.
5 Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia
amore langueo.
6 Læua eius ſub capite meo, & dextera illius
amplexabitur me.
7 Adiuro vos filiæ Ieruſalem, per capreas,cer-
uoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigi-
lare faciatis dilectam, quoaduſque ipſa velit.

8 Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in mon
tibus, transiliens colles:
9 Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque
ceruorum. en ipse stat post parietem nostrum,
respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.
10 En dilectus meus loquitur mihi: Surge, pro-
pera amica mea, columba mea, formosa mea,
& veni.
11 Iam enim hiems trãsiit, imber abijt, & recessit.
12 Flores apparuerunt in terra nostra, tempus
putationis aduenit; vox turturis audita est in ter
ra nostra:
13 Ficus protulit grossos suos: vineæ florentes
dederunt odorem suum. Surge amica mea, spe-
ciosa mea, & veni:
14 Columba mea in foraminibus petræ, in ca-
uerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, so-
net vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis,
& facies tua decora.
15 Capite nobis vulpes paruulas, quę demoliun-
tur vineas: nam vinea nostra floruit.
16 Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur
inter lilia,
17 Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.
Reuertere: similis esto, dilecte mi, capreæ, hin-
nuloque ceruorum super montes Bether.

CA-



CAPVT II. CANTICAE.

EGO FLOS CAMPI, ET LILIVM CONVALLIVM.

A ASTÆ, intactę, & illibatæ puritatis Sponſus humiliter de ſe ſentiens, campi ſe nominat florem, & lilium conuallium: EGO FLOS CAMPI, ET LILIVM CONVALLIVM. Flos breuis eſt vitę, amabilis, & delicatæ naturæ; for-
B moſus aſpectu; lenis tactu; ſuauis olfactu: EGO FLOS CAMPI; In campo latitudo conſideratur; In valle profunditas cernitur; ET LILIVM CONVALLIVM; Lilium flos eſt notiſsimus, candore, & odore inſignis, intra ſe aureum includit colorem; in folijs eximium candorem; in vtroque ſuauiſſimum odorem. Aureus color indicat Diuinitatem; ſummus
C candor ſine peccato Humanitatē; ſuauiſsimus odor vtriuſq; admirandam miraculorum virtutem. Lilium in ſe amariſſimi eſt ſaporis; ſed alijs iucundiſsimum prębet odorem, & inſinuat Chriſtum in ſe continentem guſtum ſuæ amariſsimæ paſsionis; nobis autem æternę ſalutis fragrantiam effundentem. Lilium in valle, Virginitas cum humilitate: flos, & lilium de terra oritur, & eminet ſuper terram, & ſignificat Huma-

manitatem cũ Diuinitate. En cælestis Sponsus Christus Iesus in Nazareth nutritus, idem ac in flore, & tanquam flos per Isaiam Prophetã fuit vaticinatus: EGREDIETVR VIRGA DE RADICE IESSE (quę Dei Genitrix est Virgo); ET FLOS DE RADICE EIVS ASCENDET (Christus videlicet Iesus) iuxta sanctorum Patrum expositionem. Hac, suam Diuinus Sponsus humilem mysteriosa similitudine declarat Natiuitatem, absque originali labe, de Virgine in commune beneficium; & hac de causa non viridariorum flori se comparat, aut hortorum, qui à particularibus possidentur; sed Campi, in publicam exposito vtilitatem. Insuper de Virgine se natum Spiritus sancti opera declarat: Seruntur namque seu viridariorum, seu hortorum flores; Ideoque maiori in pretio habentur; Ast camporum flores natura ipsa producit, non insudantis aratoris ope terram fodientis: sed incultæ terræ (Virginis scilicet enixu) per rorem benefici Cœli stillantis. Non absimili modo Christus ortum traxit à Maria tellure virgine, Spiritus sancti opera: SPIRITVS SANCTVS SVPERVENIET IN TE; qui ros est cælestis, IN AESTV TEMPERIES, ET TERRA NOSTRA, (nempe Beata Virgo) DEDIT FRVCTVM SVVM (scilicet Christum) iuxtà Isaiæ, & Oseæ vaticinium: RORATE COELI DESVPER, ET NVBES PLVANT IVSTVM: APERIATVR TERRA, ET GERMINET SALVATOREM: Aperta est Terra virginea, & germinauit Saluatorem Iesum Christum, florem, & lilium suauiter olens in hac lacrymarum valle.

Isa. 11. 1. — Luc. 1. 35. seq. Dom. Pent. — Psal. 84. 13. — Isa. 45. 8.

Sponsa in antecedentis capitis calce, suum dixerat floribus cubile plenum: LECTVLVS NOSTER FLORIDVS, absque florum nominis expresione; nunc verò temporis lilia fuisse declarat: EGO FLOS CAM-

A CAMPI, ET LILIVM CONVALLIVM: En Sponsus flos & candens lilium; SICVT LILIVM INTER SPINAS; SIC AMICA MEA INTER FILIAS: En Sponsa flos, & odoriferum lilium: Si ipsorum flores lilia erant, lilium significat virginitatem: vtrumque ergo virginem esse demonstrat. Quilibet iustus à Spiritu sancto lilio assimilatur. IVSTVS GERMINABIT SICVT LILIVM: Si iusti lilia sunt: quanto magis Chri- Ose. 14.

B stus, qui illos iustificat? Iusti lilio assimilantur; SICVT LILIVM; sed lilia non sunt: Sponsus lilio non comparatur: sed re vera lilium est; EGO FLOS CAMPI, ET LILIVM CONVALLIVM; Quia Christus sanctitatem natura seruat, & impeccabilitatem: cæteri verò gratia: Iusti idcirco dicuntur iusti, quia Christo similes, qui lilium est: SCIMVS QVONIAM, CVM APPARVERIT, SIMILES EI ERIMVS; di- Prim. Ioan. 3. 2.

C xit Ioannes: Idipsum asserit Apostolus ad Romanos; PRAEDESTINAVIT NOS CONFORMES FIERI IMAGINIS FILII SVI. Camporum lilia nobis sacra Scriptura proponit pro confidentia in Deo, nostris in egestatibus habenda: CONSIDERATE LILIA AGRI, QVOMODO CRESCVNT; NON LABORANT, NEQVE NENT: & licet flores sint cãporum: adeo tamen sunt magni facienda, vt Salomonis gloriæ anteponantur; NEC SALOMON IN Roman. 8. 29. Matth. 6. 28

D OMNI GLORIA SVA COOPERTVS EST SICVT VNVM EX ISTIS. In lilio candor vnà simul cum venustate, & odore commoratur, & residet, in symbolum puritatis, & sanctissimæ carnis innocentiæ: in semine lilij, quod aurum videtur, Diuinitas exprimitur: prægrandi in odoratu, virtutum omnium societas. De Lilio, lilium, Christus ex Maria totus adest in suo immaculato lilium conceptu: candidissimum suo se lilium præbuit ortu, lilium cogitationibus, verbis, cunctis denique actio-

actionibus : In sua vsque innocentissima cæde lilium A se demonstrauit (Ita Bernardus) . Benè ergò dicitur: EGO FLOS CAMPI , ET LILIVM CONVALLIVM : Ex floribus venustos alios; odoriferos alios, minimè venustos;alios autem odoriferos simul,& venustos ; vt lilia , quæ præter venustatem , & suauem odorem medicamini inseruiunt : Lilij venustas oculos oblectat, odore recreat: LILIVM CONVALLIVM . Christus vallium dicitur lilium, non montiũ,vt B eius in ortu noscas humilitatem , & intelligas elatos corde despicere , qui montes dicuntur à celestibus deiectos sedibus : DISPERSIT SVPERBOS : Ast lilium vallium est , humilium videlicet, quos amore prosequitur , & extollit : ET EXALTAVIT HVMILES : POPVLVM HVMILEM SALVVM FACIET .

Ber. ser. 70. in Cant. explicans verba: Qui pascitur inter lilia.

Cant. B. M. Virg.

Luc. 1.

Psal. 17. 28.

Eius quoque dilectissima Sponsa lilio comparatur ; SICVT LILIVM INTER SPINAS ; SIC C AMICA MEA INTER FILIAS ; Vt casta sponsa a cæteris distinguatur mulieribus ; Hæc de sanctissima Humanitate, Christi Sponsa primaria , intelligi possunt : Spinæ sunt peccata , quę ortum traxere de telluris maledictione propter eadem peccata: MALEDICTA TERRA IN OPERE TVO : TRIBVLOS , ET SPINAS GERMINABIT TIBI ; Lilium inter spinas,eius innocentissima fuit Humanitas , inter passionis spinas D vepribus peccatorum nostrorum intextæ ; IN SIMILITVDINEM CARNIS PECCATI . Lilium extitit inter spinas ; quia pęnam perpessus , quæ spina dicitur , absque culpa , quod lilium est . Hæc tamen si de beata Virgine sponsa secundaria volumus asserere,possumus equidem : Nam Beata Virgo lilium fuit semper, habens candorem virginitatis in corpore ; aurum charitatis in corde ; odorem humilitatis in anima , & cor-

Gen. 3. 17.

Rom. 8. 3.

A corpore: LILIVM INTER SPINAS. Hæc etenim inter alias fæminas, & Dei Genitricem, intercedit differentia, quod nempe cùm fæmina viro copulatur, Virginitatis lilium in dolorum ſpinas commutatur: In filiorum enixu ſpinæ; IN DOLORE PARIES FILIOS: vepres poſt ortum filiorum, propter ſubſequentes dolores: Dei autem Genitrix ante partum, in partu, & poſt partum virgo ſemper, ſpi- Gen. 3. 16.
B na nunquam, lilium ſemper, tanta inter omnes differentia, quanta inter lilium,& ſpinas. Hac de cauſa in Annunciatione Angelus illam ſalutauit his verbis: BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS. Inter mulieres, quæ mater eſt, virgo appellari non poteſt; vna Maria Virginitatem maternitati coniungit; reliquę feminę originali macula progenitæ ſunt, vt potè omnes Adę filię; vnica Virgo abſque originali labe, be- Luc. 28.
C nedicta ſemper, nunquam maledicta; cæleſtis enim Sponſus maledictionem vepribus inſertã in lilia permutauit, MALEDICTA TERRA IN OPERE TVO; TRIBVLOS, ET SPINAS GERMINABIT TIBI; in liliorum benedictionem: BENEDIXISTI DOMINE TERRAM TVAM; QVI SOLVENS MALEDICTIONEM (veprum videlicet) DEDIT BENEDICTIONEM (liliorũ nempe.) Hiſce eiſdẽ Verbis: SICVT LILIVM INTER SPINAS &c. Gen. 3. 19. Pſal. 84. 2. Antiph. ad Magnificat in Die Natiuitatis B. Virginis.
D præter Virginitatem oſtendit Sponſam declinaſſe maculam originalis peccati, in ſpinis ab eadem originali labe exortis, figuratam.

Ante Mariam, & Chriſtum, Virginitas paruipendebatur; quinimo odio habebatur: Maledicta ſterilis, & turpe reputabatur: Quare in Iſaia legitur; APPREHENDENT SEPTEM MVLIERES VIRVM VNVM, DICENTES; AVFER OPPROBRIVM NOSTRVM (ſcilicet ſterilitatis); Vnde de Iephtis filia dicitur ſuam poſtu- Iſa. 4. 1.

I laſſe

Iud. 11. 37. lasse deplorare Virginitatem : DIMITTE ME, VT A
PLANGAM VIRGINITATEM MEAM. Non bonum,
sed malum ingemiscendum est; Virginitas ergo ma-
lum existimabatur: Ita Cornelius à Lapide, & Sal-
meron affirmant. Beata Virgo, sicut hominum pri-
mus Christus, Virginitatis votum, mulierum prima
Bonau. in 4 dist. 2. Suarez tom. 2. in 3. p. disp. 28. sect. 2. §. ex quo. emisit, vt asserit Diuus Bonauentura, & Suarez. Ap-
plicanda quoque videntur hæc verba Ecclesiæ, lilio
ob doctrinæ candorem illibatum, quem seruat, & do- B
cet inter hæresum tribulos, & vepres, fallacia scili-
cet aliarum sectarum dogmata. prosequitur Cantica.

SICVT MALVS INTER LIGNA SYLVARVM: SIC DILECTVS MEVS INTER FILIOS. Verba sũt immaculatæ spõsæ in spõsi laudẽ, & elogium: & quia spõsus se florem dixerat, qui præcedit fructũ, sed cito decidit ne quis igitur, instabilitatem, & inconstantiam in sponso posset iudicare; arbori ipsũ spõsa cõparat; C SICVT MALVS INTER LIGNA SYLVARVM &c. Spõsus laudibus exornauerat spõsã, filius matrẽ; nunc vice versa mater filio texit elogia: & quia se florẽ nominauerat, arborem quoque fructiferam, inter omnes Adæ filios igni destinatos sponsa nuncupat. Non parum miratur Diuus Bernardus de hac humili similitudine ;

Bern. serm. 48. in Cant. CVR SPONSA OMISSIS MELIORIBVS, ET NOBILIORIBVS LIGNIS (ait sanctus) HVIVS MEDIOCRITATIS ARBORIS VTITVR, AD FORMANDVM SPONSI PRAECONIVM? ITANE AD MENSVRAM LAVDEM RECIPERE DEBVIT, QVI AD MENSVRAM SPIRITVM NON ACCEPIT? (sibi ipsi respondet) HIC NON MAIESTAS D
Psal. 47. 2. ATTOLLITVR; SED HVMILITAS COMMENDATVR: NON ENIM HOC LOCO PRAEDICATVR MAGNVS DOMINVS, ET LAVDABILIS NIMIS; SED PARVVS DOMINVS, ET AMABILIS NIMIS: Iisdemmet verbis (ni fallor) mun-

di Chri-

A di Christum declarat Saluatorem. Terestri in Paradiso pomum fuerat furatum ; furtum est ablatio rei alienę inuito domino ; vetuerat Deus Adæ fructum arboris scientiæ boni , & mali ; DE LIGNO AVTEM SCIENTIAE BONI, ET MALI NE COMEDAS . Adam Dei iussu trásgressio comedit, si Deus prohibuerat: ergo de illo Adam vesci nolebat ; sustulit ergo , & comedit inuito Domino ; furtum igitur perpetrauit : furtum peccatum est contra Iustitiam : Diuina iustitia læsa per peccatum Adę indignata vindictam à Domino exposcebat ; Misericordia veniam : illa pactum congruę , & integræ satisfactionis impetrare conatur ; hæc obiectat in Terrarum Orbe nullum satisfactioni aptum repetiri ; obiecit illa , Dei filius persoluat ; Vicit tandem Iustitia : ET VERBVM CARO FACTVM EST . Illicò Misericordia , sufficit hoc, pro ratione infiniti suppositi . Nequaquam , respondit Iustitia , quinimò moriatur, iuxta prolatam contra Adam sententiam : MORTE MORIERIS: Moriatur eia , ait Misericordia ; sed suaui , dulcique in sopore Dominus ; Minime verò, seuero vultu respondit Iustitia; Dei iussum spreuit ; Moriatur ergo duriori morte omnium crudelissima . Vicit denique Misericordiam Iustitia : & Christus , qui fructus erat Virginei ventris: BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI IESVS ; in Crucis arbore se se prostrauit, & pro furto, Iustitiæ integra satisfactio fuit restituta: Vnde Iustitia, & Misericordia fędus iniere : MISERICORDIA, ET VERITAS OBVIAVERVNT SIBI: IVSTITIA , ET PAX OSCVLATAE SVNT. sequitur Cantica.

Gen. 2. 16.

B

Ioan. 1. 14.

C

D

Psal. 84. 11.

SVB VMBRA ILLIVS , QVEM DESIDERAVERAM , SEDI : ET FRVCTVS EIVS DVLCIS GVTTVRI MEO . Postquam illibata Sponsa suum cælestem Sponsum fructiferæ arbori compara-

uerat : SICVT MALVS INTER LIGNA SYLVARVM : SIC DILECTVS MEVS INTER FILIOS, illius vmbra se potitā fuisse fatetur, quæ leniter oblectat : suauitatem insuper dulcissimi fructus degustasse declarat : SVB VMBRA ILLIVS, QVEM DESIDERAVERAM SEDI, ET FRVCTVS EIVS DVLCIS GVTTVRI MEO. In altitudine arboris, sublimitas intelligitur virtutis ; in fructu, dulcedo amoris, in vmbra securitas protectionis: nam vmbra sacris in paginis Diuinam denotat protectionem : A B

Psal. 56. 2. SVB VMBRA ALARVM TVARVM PROTEGE ME : SVB VMBRA ALARVM TVARVM SPERABO. In Apostolorum actibus languentes, & febricitantes leguntur per plateas exponi, per quas Petrus erat trāsiturus:

Act. Apost. 5. 15. VT SALTEM VMBRA ILLIVS OBVMBRARET QVEMQVAM ILLORVM, ET LIBERARENTVR AB INFIRMITATIBVS SVIS : Si ergo vmbra Petri adeò benefica fuit, vt ægrotos sanaret : quanto magis vmbra Dei ? Vmbra est aer carens radijs solis ob corporis opaci obiectum : Vnde expressa figura est Incarnationis Verbi Diuini, ait C

Gregor. 23. moral. Gregorius : VMBRA EST ADVENTVS CHRISTI IN CARNE, DE QVO ADVENTV MVLTA ADVMBRATA ERANT IN VETERI TESTAMENTO, IN NOVO ADIMPLENDA ;

1. Cor. 10. 11 OMNIA ENIM IN FIGVRA CONTINGEBANT ILLIS. Incarnatio Diuini Verbi nobis cœpit ab vmbra : quare D

Luc. 1. 35. Archangelus Beatæ Virgini dixit : VIRTVS ALTISSIMI OBVMBRABIT TIBI. Beata igitur Virgo sedit, & quieuit sub vmbra conceptionis filij Dei, qui arbor est,

Isa. 60. 1. terminanda in luce natiuitatis, de qua legitur : SVRGE ILLVMINARE HIERVSALEM, QVIA VENIT LVMEN TVVM. VIRTVS ALTISSIMI OBVMBRAVIT VIRGINI (sequitur sanctus) QVANDO INCORPOREVM LVMEN DIVINITATIS ACCEPIT IN EA CORPVS HVMANITATIS :

A tis; Vt sit vmbra, lumen necesse est, & corpus opacum: Lumen est Diuinitas: DEVS LVX EST, ET TENEBRAE IN EO NON SVNT VLLAE: Corpus opacum est Humanitas, En Verbi Diuini incarnatio. Cessauit autem vmbra adueniente luce, in ortu scilicet Christi, qui est LVX VERA, QVAE ILLVMINAT OMNEM HOMINEM VENIENTEM IN HVNC MVNDVM. Vel cum Bernardo dicamus, quod fides vmbra est, sub qua

1.Ioan.1.5.

Ioan. 1. 9.

B viuendum, & sedendum, in peregrinatione praesentis vitae. Hęc vmbra fugat Daemones, tutans homines: In vmbra notatur refrigerium, in sessione quies, in fructu suauitas: Dilecta Sponsa vmbram optauerat tantum in vniuersali, cui caelestis sponsus, & fructus tradidit degustandos. Si vmbra Incarnatio est: Beata igitur Virgo incarnationem optauerat tantum, cui Deus suauem fructum dedit illi degustandũ, Christũ

C nempe, qui est fructus castissimi illius ventris: BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI. Hic fructus dulcis fuit gutturi eius; ET FRVCTVS EIVS DVLCIS GVTTVRI MEO; Nam talis est Deus homo: DVLCIS ET RECTVS DOMINVS: Diuina verba mysterijs plena. Vmbra aestum mitigat, & lucem temperat: Vmbra opponitur clarae luci, & figuratè cognitioni. In sacris paginis verbum COGNOSCERE Virginitatis iactu-

Psal. 24. 8.

D ram indicare videtur: sic in Genesi pluribus in locis: ADAM VERO COGNOVIT VXOREM SVAM EVAM, QVAE CONCEPIT, ET PEPERIT &c. COGNOVIT AVTEM CAIN VXOREM SVAM, QVAE CONCEPIT &c. Cum ipsamet Virgo ab Archangelo fuit salutata, vt se virginem declararet, ait illi; VIRVM NON COGNOSCO. Quapropter COGNOSCERE, deflorationem virginis indicat: Vmbra ergo, quę visui, & cognitioni opponitur, eiusdemmet Virginitatis conseruationem

Gen.4.1.17.

nem

nem figurabit. Quare Archangelus cum Virginitatem in ortu filij non fore amittendam Beatę Virgini confirmauit, vsus est his verbis: VIRTVS ALTISSIMI OBVMBRABIT TIBI, scilicet Virginitatis detrimentum haud patieris, illam vero Deo dicabis; quia natiuitas filij Dei, matris integritatem non minuit: sed sacrauit, vt canit Ecclesia. A

Eccles. in secret. Natiuitatis B. Virginis.

Beata igitur Virgo cum vmbram se appetisse affirmat, suam Deo Virginitatem commendasse declarat. Mysticis hisce verbis prophetizat insuper se Euæ malo reparaturam, quæ iuxta Genesis tertium caput ante vetiti pomi comestionem; sub arbore scientiæ boni, & mali, terrestris in medio posita Paradisi, consedit ad lenè susurrantis auræ flamen, illam inspectando. Extemplo Dæmon tunc, parua licet, non abutens occasione, se se illius aspectui præbuit inspiciendum, cui hęc: Cur vobis Deus tam venusto, bonoque vetuit vesci fructu? CVR PRAECEPIT VOBIS DEVS VT NON COMEDERETIS DE OMNI LIGNO PARADISI? respexit curiosa fęmina arborem; VIDIT IGITVR MVLIER, QVOD BONVM ESSET LIGNVM AD VESCENDVM, ET PVLCHRVM OCVLIS, ASPECTVQVE DELECTABILE, cupida, & inhians fructum accepit, & comedit: ET TVLIT DE FRVCTV ILLIVS, ET COMEDIT. B C

Gen. 3. 1.

Aug. ser. 18. de sanctis 2. de Annunc. Dom.

Comesto igitur ab Eua fructu vetitę arboris, qui mortem illi, & nobis peperit & maledictionē: elegit misericors Deus Virginem, Euę contrariam, vt tot tantisque calamitatibus ab illa progenitis obuiaret, sic Arcangelus innuit, cum dixit: AVE, nempe Eua anagramaticè, ordineque immutato, vt per longas asserunt probationes Sancti Augustinus, & Epiphanius, quorum hic verba referenda non censeo, vt breuitati studeam; Opus ergo erat, vt nostræ salutis serua- D

Epi. lib. 3. hæres. 78.

A seruaretur ordo, vmbræ insidere, fructumque sibi, ac nobis vitam, & benedictionem conferentem degustare, sui nempe ventris illibati: BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI IESVS: Christus enim fructus est, & arbor simul. SICVT MALVS INTER LIGNA SYLVARVM, SIC DILECTVS MEVS INTER FILIOS. Nunc Ecclesiæ verba notate de Virgine dicentis: QVOD EVA TRISTIS ABSTVLIT, TV REDDIS hym.ad Laudes B. Virg.
B ALMO GERMINE; Vt Dæmonis ergo peruicacia contereretur, idem prorsus medicamen Dei filius malo obiecit, quod callidus serpens obseruauerat, vt nostri primi à vita Parentes aberrarent: Vnde canit Ecclesia: DE PARENTIS PROTOPLASTI FRAVDE FACTOR CONDOLENS, QVANDO POMI NOXIALIS IN NECEM MORSV RVIT. IPSE LIGNVM TVNC NOTAVIT, DAMNA LIGNI VT SOLVERET. HOC OPVS NOSTRAE Hym. Pass. Dom.
C SALVTIS ORDO DEPOPOSCERAT; MVLTIFORMIS PRODITORIS ARS VT ARTEM FALLERET, ET MEDELAM FERRET INDE, HOSTIS VNDAE LAESERAT, & alibi: VT VNDE MORS ORIEBATVR, INDE VITA RESVRGERET, ET QVI IN LIGNO VINCEBAT, IN LIGNO QVOQVE VINCERETVR: Et quo nobis maledictio, inde nobis, & benedictio emanaret. QVI SOLVENS MALEDICTIONEM (Euæ) DEDIT BENEDICTIONEM (Mariæ) ET CON- Resp. 1. 6. in 8. Nat. B. V.
D FVNDENS MORTEM (primæ) DONAVIT NOBIS VITAM SEMPITERNAM. (secundæ)

Quoniam de vmbra facta sunt verba, alienum à ratione non erit, hic differentiam ponere inter Naturalem, Mosaycam, atque Euangelicam legem. Naturalis in tenebris voluitur: Mosaica vmbra: Euangelica lucescit. Naturalis in Creaturis Deum nobis obijcit oculis; Mosaica in figuris; Euangelica in veritate, & in ipsomet Christo. Naturalis, vt ita dicam

cam

cam, hominem delineat; Mosaica colorat: Euangelica viuificat. Prima per solam rationem ad Dei seruitium inclinat hominem: Secunda per metum mouet; Tertia per amoris affectum. Rerum honestatem appetit prima; secunda propriam desiderat fælicitatem; tertia Dei gloriam. Suum noscit, & accusat malum Naturalis; Mosaica damnat: liberat, & absoluit Euangelica. Naturalis demum nos homines reddit; Mosaica Angelis similes; Euangelica vero Deo; præter quem nobis nulla quies, qua sub illius vmbra perfruimur: Crux arbor est, Christus Iesus fructus, a quo omne bonum emanat. sequitur Cantica.

A

B

INTRODVXIT ME IN CELLAM VINARIAM; ORDINAVIT IN ME CHARITATEM: Castam Sponsam comites immutatam inspicientes, quid illi accidesset interrogauere, quibus illa: INTRODVXIT ME (Sponsus scilicet) IN CELLAM VINARIAM: ne quisquam putaret sine potu præteritam refectionem fuisse: ET FRVCTVS EIVS DVLCIS GVTTVRI MEO. INTRODVXIT ME IN CELLAM VINARIAM. Cella dicitur a celando, siue a Cœlo: OMNIS NOSTRA CONVERSATIO IN CAELIS EST; In Cella, vinum non hauritur, nec bibitur cyatho, & cum mensura; sed sine mensura. INTRODVXIT ME IN CELLAM VINARIAM, vt affluentia in potando iudicetur, ait Carpathius: CELLA VINARIA Paradisum repræsentat, de quo scriptum legimus. INEBRIABVNTVR AB VBERTATE DOMVS TVAE, ET TORRENTE VOLVPTATIS TVAE POTABIS EOS; Vinum amor est Dei, inquit Bernardus; illibata igitur Sponsa non naturali; sed diuino amore ebria, dicebat. INTRODVXIT ME IN CELLAM VINARIAM. In vino naturali quatuor sunt, color,

C

D

Ber. ser. 23. in Cant.
Phil. 3. 20.
Psal. 35. 9.
Bern. serm. 49. in Can.

A color, odor, sapor, & feruor; In vino spirituali est
color albus, candor scilicet castitatis, odor humili-
tatis, sapor supernæ dulcedinis, & feruor charitatis.
Vini naturalis quatuor sunt effectus, lauat, calefacit,
lætificat, & inebriat: vinum spirituale lauat ani-
mam à putredine peccatorum; POTASTI NOS VI- Psal. 59. 5.
NO COMPVNCTIONIS: calefacit animam feruore diui-
ni amoris, & simul cor lætificat: Vnde inflammatus
B Propheta dicebat: CONCALVIT COR MEVM INTRA Psal. 30. 4.
ME; inebriat insuper amantem ad sui ipsius vsque
obliuionem: CALIX MEVS INEBRIANS QVAM PRAE- Psal. 22. 5.
CLARVS EST. Hoc vino cælesti, Discipuli Domini in
die Pentecostes Spiritu sancto repleti, ebrij putaban-
tur à populo; MVSTO MADERE DEPVTAT, QVOS SPIRI-
TVS REPLEVERAT; cum hac tamen differentia, quod
nimia potatio vini naturalis inhonestum bibentem
C reddit: NOLITE INEBRIARI VINO, IN QVO EST LVXV- Eph. 5. 18.
RIA; potatio autem vini spiritualis castum, & virginē
facit: Vnde à Zacharia propheta nominatum fuit
VINVM GERMINANS VIRGINES. Bibamus ergo & nos
lęti SOBRIAM EBRIETATEM SPIRITVS; nec timeamus;
nam ebrius mundi perdit ordinem; sed ebrius Dei Zach. 9. 17.
inuenit ordinem; Ideo sequitur intacta Sponsa.

ORDINAVIT IN ME CHARITATEM. Tria
D sunt pręcipuè cōsideranda in ordine charitatis, Deus,
Proximus, & Mundus. Deus supra nos est amandus;
Proximus iuxta nos; Mundus infra nos. Charitatis
ordo consistit in maiori, vel minori, vel æquali dile-
ctione; Illum præ ceteris diligendo, qui supra
omnia est diligendus; nempe Deus, & cætera omnia
propter ipsum; æque Proximus: DILIGES DOMINVM
DEVM TVVM EX TOTO CORDE TVO &c. ET PROXIMVM Matt. 22 37.
TVVM SICVT TE IPSVM: minus verò corpus, postea

cætera necessaria; cælũ terrę; æternitas tẽpori; anima A
Matth. 16, 26 corpori; corpus supellectili sunt anteferẽda : QVID ENIM PRODEST HOMINI SI VNIVERSVM MVNDVM LVCRETVR, ANIMAE VERO SVAE DETRIMENTVM PATIATVR? Publicum priuato bono ; Demum, quod maius est bonum, æqua lance bono præponderare debemus. De
August. lib. 7. de verb. Dom. Orig. hom. 3. in Cant. charitate ordinata agit Augustinus, & Origenes. Cęlestibus in sedibus, vbi Deus cernitur, & clarè Diuina essentia inspicitur, in illa omnia bene dispo- B
sita, & ordinata sunt, non solum secundum charitatem; sed etiam secundum iustitiam : IN DOMO PA-
Ioan. 14. 2. TRIS MEI MANSIONES MVLTAE SVNT.

Sed quomodo potest charitas esse sine ordine? Dum sponsa dicit : ORDINAVIT IN ME CHARITATEM ; ergo sine ordine erat? Respondeo : ordinauit in me, quia in se ordinata erat. Paulus ad
Roman. 9. 3. Romanos hæc de se verba scribit obscura : OPTABAM C
EGO IPSE ANATHEMA ESSE A CHRISTO PRO FRATRIBVS MEIS: heu Paule quid ais? Quodnam est hoc eloquium tuum? Ergo, vt Hebręorum fratrum aspectu perfruaris, à Christo separari non recusas? Te ergo illos amore, & Christo anteferre fateris? Hæc propositio duplici sensu accipi potest : vno modo referendo ad tempus ante Pauli conuersionem, in quo persequebatur Christum in membris suis ; vt in Apostolorum D
Act. 8. Actibus legitur : Et hoc bona operabatur intentione & zelo Iudaicę legis. Alio modo, referendo ad tempus post suam conuersionem, in quo prædicabat fidem catholicam ; & tunc optabat separari à Christo ad tempus, & differre suam gloriam, vt conuersioni Iudæorum intenderet, & prædicaret eis fidem Iesu Christi. Et hic videtur sensus magis proprius, vt ipse-
Philip. 1. 23 met ad Philipp. scribens se declarat. DESIDERIVM

HABENS

A HABENS DISSOLVI, ET ESSE CVM CHRISTO: PERMANERE AVTEM IN CARNE NECESSARIVM EST PROPTER VOS. Quid de beata Virgine Paulo perfectiore dicemus? INTRODVXIT ME IN CELLAM VINARIAM. INTRODVXIT ME REX IN CVBICVLVM SVVM; vbi charitas perfecta, & ordinata existit: illic quanta perpessurus erat Christus Dominus tormenta, & mortem eius intellexit crudelis-
B simam: ipsius charitati vita, & honor Dei mortalibus induti spolijs, mundi saluti anteponenda videbantur. Ast in supremo sanctissimæ, indiuiduæque Trinitatis concilio oppositum fuit resolutum, & sic ORDINAVIT IN ME CHARITATEM. Propositio IN, quandoque pro contra sumitur: ORDINAVIT IN ME; id est, contra me, CHARITATEM; Charitas illi luctabatur: filium Beata Virgo totis vi-
C sceribus diligebat, & quo eum prosequebatur, amor cruciabat, filium vnicè amabat, & amor vexabat: Proximum mirificè diligebat, & amor, quo genus humanum prosequebatur, torquebat; adeo vt exclamaret; ORDINAVIT IN ME CHARITATEM, id est, contra me charitatem; verbum ORDINARE aliquando exercitum disponere significat: tot tantisque amorum affectibus, & ictibus vulnerata, &
D dilaniata ad interitum, clamabat; Aduersum me charitas militat, & interimo.

FVLCITE ME FLORIBVS, STIPATE ME MALIS; QVIA AMORE LANGVEO. Immaculata Sponsa, eius quem desiderauerat præsentia, & cælesti vmbra refrigerata; fructu suauissimo cibata, & dulcissimo potu recreata, nunc discedente Sponso, absentiam illius ferre non valens, præ amoris magnitudine se deficere fatetur: Vnde à sodalibus quęrit remedium:

medium : FVLCITE ME FLORIBVS : Charitas A
enim nimium amantem in corde vulnerat : sic Sponsus à Sponsa sauciatum se declarat : VVLNERASTI COR MEVM , & languidum fecit ; NVNCIATE DILECTO MEO , QVIA AMORE LANGVEO. Cor Deum ardenter amans non valet absentiam sustinere , propter vehemens desiderium illius summi boni , cuius memoria solum deficere facit; vnde ex-
Psal. 83. 1. clamabat Propheta : QVAM DILECTA TABERNACVLA B
TVA DOMINE VIRTVTVM ! CONCVPISCIT , ET DEFICIT ANIMA MEA IN ATRIA DOMINI : nam si verum est (vt verissimum) amoris robur, mortis non cedere fortitudini ; FORTIS EST VT MORS DILECTIO ; creaturarum nulla tanto Deum , quanto beata Virgo amore est prosequuta : illam ergo amor ad interitum perduxit , AMORE LANGVEO , vulnerata charitate ego sum ; quare in semet , quod for- C
tis esset vt mors dilectio, experiebatur : Si amor for-
Exod. 33. 20 tis est vt mors, ergo ad necem vsq; contendit; NON VIDEBIT ME HOMO , ET VIVET : Qui Deum , Bonum infinitum videt , quin illum non diligat , & diligendo ad interitum langueat , nullus secus facere potest: Virgo Deum in oculis ferebat , & Christum , vtpote Deum Patrem, Filium diligebat, & Sponsum . Quantus amor in vno corde ! Apostolus moriendi propter D
Phil. 1. 23. amorem , quo in Deum æstuabat , cupidus erat : CVPIO DISSOLVI, ET ESSE CVM CHRISTO: Beata Virgo, quę vehementiori Pauli amore Christum amabat, nō cupiebat dissolui; sed dissoluebatur, pro Christo : AMORE LANGVEO ; languor tædium est præsentis vitæ , & vehemens desiderium æternę vitæ, vt referunt Greg. Anselm. & Bern. Quare Propheta propter diuini amoris ictus se tabescere fatebatur : DEFECIT

CARO

A CARO MEA, ET COR MEVM, DEVS CORDIS MEI. Psal. 72. 26.
& alibi: MEMOR FVI DEI, ET DELECTATVS SVM, ET EXERCITATVS SVM, ET DEFECIT SPIRITVS MEVS. Psal. 76. 4.
Hac de causa immaculata Sponsa clamabat: FVLCITE ME FLORIBVS, STIPATE ME MALIS, QVIA AMORE LANGVEO; Christus flos vna & fructus; florem semet dicit: EGO FLOS CAMPI, ET LILIVM CONVALLIVM; fructum Spon-
B sa prædicauit: SICVT MALVS INTER LIGNA SYLVARVM, SIC DILECTVS MEVS INTER FILIOS: BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI. Exposcens igitur illibata Sponsa in sui morbi remedium flores, & fructus, Sponsum metaphoricè efflagitabat; reddite Christum Iesum, quia ad interitum langueo; AMORE LANGVEO. Anima Sponsa diligēdo Deum redditur corpore lāguida, spiritu valida: Eccl. 24. 23.
C flores, & fructus, sancti Spiritus sunt dona: FLORES MEI FRVCTVS HONORIS, ET HONESTATIS. Vel florem dicamus virginitatem, fructum maternitatem; Maria mater extitit, & virgo; virgo, & mater; Voti ergo compos facta, quia flores simul, ac fructus possedit cum perpetua, & illibata virginitate; sui quoque integerrimi ventris fructum degustando: BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI IESVS.

D Ad tertium vsque Cœlum eleuatus spiritu fuit Apostolus; ast Cœlum non est ingressus: RAPTVS SVM VSQVE AD TERTIVM COELVM; canoros Angelorum cętus audijt dicentium: SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS; Diuinam verò essentiam se aspexisse, & Beatorum gloriam non affirmat; sed solum; AVDIVI ARCANA VERBA (SANCTVS videlicet) QVAE NON LICET HOMINI LOQVI: Dubitat tamen, & hęret, vtrum vitam degeret, necne; SIVE IN CORPORE, SIVE EXTRA 2. Cor. 12. 2.

TRA

TRA CORPVS, NESCIO: Quid de Beata Virgine dicemus A
vehementiori Pauli affectu Deum insectante; et cęlũ
vsque penetrata? INTRODVXIT ME IN CELLAM VINARIAM; INTRODVXIT ME IN CVBICVLVM SVVM, alibi dicitur. Se Dei speciali gratia vixisse fatetur, alioquin morte consumpta occubuisset. Videns ergo cælestis Sponsus castam languentem Spõsam, & penè exanimatam; illam vlnis substentat suis, donec rediret ad se. Hunc amoris actum oculis cer- B
nens illibata Sponsa in gratiarum actiones erumpit, dicens.

LÆVA EIVS SVB CAPITE MEO, ET DEXTERA ILLIVS AMPLEXABITVR ME. tunc Diuinus Sponsus: ADIVRO VOS, FILIÆ HIERVSALEM, PER CAPREAS, CERVOSQVE CAMPORVM, NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM QVOAD VS- C
QVE IPSA VELIT. CVRAM SOLICITVDINEM, ET AMOREM OSTENTAT, QVAM DE SVIS IN NECESSITATIBVS POSITIS GERIT DOMINVS, inquit Beda &c. Per filias Hierusalem, Cæli Ciues intelligunt Bernardus, & Gregorius Nissenus. Duas in his paucis verbis comperio difficultates. Prima est iuramentum, quod est inuocatio Diuini testimonij in dicti alicuius con-
firmationem: hic Diuini nominis, & sanctorum ab- D
est inuocatio; adiuratio tantum caprearum, ceruorumque camporum: Respondeo Deum fuisse loquutum, ideoque suimet nominis inuocationem non memorandam fuisse: Adiuratio per capreas, ceruosque camporum, quæ timida sunt animalia, simplicia, munda, sacrificio apta, veneno & serpentibus inimica, ob nimium timorem nemora, syluas, & antra incolentia, pro fidelium animabus Deum adamantibus

Bern. serm. 52 in Cant. Greg. Niss. Hom. 4.

tibus

A tibus, intelligit Bernardus; qui ne illum offendant mundo abrenunciantes, & vale dicentes, in claustra, nemora, & antra secedunt, venenique peccatorum, tartareique serpentis hostes acerrimos se demonstrãt, adeo vt equiponderare videatur iuramento. Altera difficultas est: si Sponsa profundissimo in ecstasis sõno sopita, sensibus destituta iacebat, propria carẽs voluntate, quomodo Sponsus ne euigiletur prohibet,
B donec ipsa velit? Respondeo, re vera animi excessu raptã fuisse, antea tamẽ se celestis Sponsi in manibus consignauerat: ergo à somno cum mihi libuerit expergiscetur (argumentabat Sponsus). Si verò hęc verba tertiæ Sponsę, cuilibet scilicet animæ sanctę volumus applicare; NE SVSCITETIS &c. Sacris in paginis verbum SVSCITARE aliquando importat Matrimonium inire, ita legitur in Genesim: INGRE- Gen. 38. 8
C DERE AD VXOREM FRATRIS TVI (dixit Iudas ad Onam filium suum) ET SOCIARE ILLI, VT SVSCITES SE- Deut. 25. 5.
MEN FRATRI TVO. Et hoc pręceptum erat in Deuteronomio: SI FRATER ABSQVE LIBERIS MORTVVS FVERIT, VXOR DEFVNCTI NON NVBET ALTERI; SED ACCIPIET EAM FRATER EIVS, ET SVSCITABIT SEMEN FRATRIS SVI. Verbum ergo SVSCITARE, vt dixi, Matrimonium inire importat. NE SVSCITETIS igitur idem erit,
D ac dicere, vt Cęli Ciues diligenter custodirent fidelem animam Sponsam, vt virginitatem, & castitatem conseruaret. Reuixit tandem Sponsa, & sui dilecti Sponsi vox illius aures penetrauit.

VOX DILECTI MEI: non Prohetæ, non Angeli; sed Dilecti mei, præparantis ceruos: VOX DO- Psal. 28. 9.
MINI PRAEPARANTIS CERVOS, quæ Elisabeth in ciuitate Hebron leuitica, à Nazareth distanti iter duorum dierum, monuit inuisendam. Reor hic aliquos

meum

meum dicturos esse inuentum, absque fundamento. A
Legite quæso Lucam de hac Visitatione pertractantem, & verba illius ponderate: En Euangelista:
Luc. 1. 39. EXVRGENS AVTEM MARIA ABIIT IN MONTANA CVM FESTINATIONE, IN CIVITATEM IVDA (in Hebron videlicet, vt mens approbat Expositorum.) nunc Euangelistæ primum verbum signanter notate: EXVRGENS, quod transactam indicat Virginis alienationem à sensibus superius memoratam. sequitur: B
ABIIT IN MONTANA CVM FESTINATIONE; & in Cantica legitur: ECCE ISTE VENIT SALIENS IN MONTIBVS TRANSILIENS COLLES. Euangelista scribit Beatam Virginem iter montium remis velisque properasse: ABIIT IN MONTANA CVM FESTINATIONE; & in Cantica dicitur: SIMILIS EST DILECTVS MEVS CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM, animalibus facilè C
ascendentibus, saltantibus, & penè dixerim volantibus. Vultis fratres agnoscere (inquit Gregorius)
Hom. 29. in Euang. Sponsi saltus? DE COELO VENIT IN VTERVM, DE VTERO VENIT IN PRAESEPE, DE PRAESEPE VENIT IN CRVCEM, DE CRVCE VENIT IN SEPVLCHRVM, DE SEPVLCRO REDIIT IN COELVM. Nunc comparate: ABIIT IN MONTANA Euangelistæ; ET SALIENS
Luc. 1. 39. IN MONTIBVS canticæ: Idem mihi prorsus si- D
gnificare videtur: SIMILIS EST DILECTVS MEVS CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM: animalia, quæ acutè vident, velociter transeunt, & saliunt semper, quia Christus in instanti venit ad nos, IN SIMILITVDINEM CARNIS PECCATI, per capream
Rom. 8. 3. figuratus. Si plura optatis, Beatæ Virginis visitationis epistolam perlegere curæ sit, eademmet Canticæ verba reperietis: Et in primis lectionibus currentis

A rentis officij eiusdem diei, omnia & singula verba Canticæ secundi capitis dicta, cum expositione sancti Ioannis Chrysostomi in secundo nocturno; & sancti Ambrosij in tertio nocturno, quæ vt videatis, etiam atque etiam rogo. Meum ergo non est inuentum; sed Spiritus sancti Ecclesiam gubernantis sentimentum, & sensum.

Confecto itinere ait Lucas Euangelista; INTRAVIT IN DOMVM ZACHARIAE ET SALVTAVIT ELISABETH: Luc. 1. 40.
B nempe post mutuam salutationem, & gratuitam verborum explicationem, prægnantes mattes inuicem congratulantes, infantulos quoque materno in vtero gestantes sensere: ECCE ENIM VT FACTA EST VOX SALVTATIONIS TVAE IN AVRIBVS MEIS, EXVLTAVIT INFANS IN VTERO MEO. Hæc Elisabeth ad Virginem: Nunc quid Cantica dicat audiamus: ECCE Luc. 1. 44.
C ISTE VENIT SALIENS IN MONTIBVS; signate ECCE Euangelistæ Lucæ, & ECCE Canticæ: ECCE, indicat quid nouum, & insolitum: ECCE ISTE VENIT (præsentia scilicet corporali:) ISTE, QVI PRIVS INVISIBILIS ERAT IN SE, VENIT VISIBILIS AD NOS; NOVO ORDINE, NOVA NATIVITATE GENERATVS, INCOMPREHENSIBILIS VOLVIT COMPREHENDI, ET ANTE TEMPORA MANENS ESSE COE-
D PIT IN TEMPORE; VNIVERSITATIS DOMINVS, SERVILEM FORMAM ADVMBRATA MAIESTATIS SVAE DIGNITATE SVSCEPIT: IMPASSIBILIS DEVS, NON DEDIGNATVS EST HOMO ESSE PASSIBILIS; ET IMMORTALIS, MORTIS LEGIBVS SVBIACERE, ait Leo Magnus. SALIENS IN MONTIBVS, TRANSILIENS COLLES. Litteraliter arduum, & festinum montium iter, vt describit Lucas, peractum innuit; figuratè tamen, tum Patriarchas, Prophetas omnes, cum Leo ser. 20. de Nat. Dñi.

L Ange-

Angelorum choros per montes, & colles intellectos A exuperasse demonstratur. SIMILIS EST DILECTVS MEVS CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM, propter aciem oculorum, & singularem illorum proprietatem, veneni, serpentiumque inimicorum: Vel quia venit ad nos in similitudinem carnis peccati, vt diximus. Insinuat etiam se veram carnem sumpsisse à Patriarchis: de Nephtali prædixit Iacob in Genesi;

Gen. 49. 21 NEPHTALI CERVVS EMISSVS; leuior tamen, & velocior illis, quia peccatorum pondere propriorum non est pressus; sed omninò immunis. sequitur Cantica. B

EN ISTE STAT POST PARIETEM NOSTRVM RESPICIENS PER FENESTRAS, PROSPICIENS PER CANCELLOS (de infantulo Iesu loquitur, qui in ventre matris claudebatur:) STAT POST PARIETEM NOSTRVM (scilicet carnis, & humanitatis nostræ) RESPICIENS PER FENESTRAS C PROSPICIENS PER CANCELLOS; Visibilis simul, & inuisibilis, fenestræ adstans, vel per cancellos prospiciens, dimidius, & quasi velatus apparet. Eo fermè modo se in ventre matris paruulus gerebat Christus Iesus, quia nondũ hac luce perfruens totus non apparebat; sed per prægnantis ventris tumorem agnoscebatur; & licet non visus se tamen manifestabat; nam matres non ex se; SED SPIRITV PARVVLORVM PROPHETABANT (iuxta expositionem Ambrosij in hoc loco. VOCEM PRIOR ELISABETH AVDIVIT: SED IOANNES PRIOR GRATIAM SENSIT; ILLA (scilicet Elisabeth) NATVRAE ORDINE AVDIVIT: ISTE (Ioannes nempe) EXVLTAVIT RATIONE MYSTERII, ILLA (Elisabeth scilicet) MARIAE, ISTE (paruulus nempe Ioannes) DOMINI SENSIT ADVENTVM. ISTAE (prægnantes matres) GRATIAM LOQVVNTVR, ILLI D

Amb. lib. 2, cõ. in Luc. cap. 1.

id est

A (id eſt Chriſtus , & Ioannes) INTVS OPERANTVR, DVPLICIQVE MIRACVLO PROPHETANT MATRES SPIRITV PARVVLORVM : Prodigium in ventre matris infantium verba extabant; matrum prophetiæ aliud, ideoque dicit Sanctus, DVPLICIQVE MIRACVLO PROPHETANT MATRES SPIRITV PARVVLORVM . Scire optatis, quę paruuli materno in gremio diſſeruerint ? Canticam audite: EN DILECTVS MEVS LOQVITVR
B MIHI (Baptiſtę ſpiritus eſt, Chriſti vocem percipientis.) EN DILECTVS MEVS (Chriſtus videlicet) LOQVITVR MIHI , & quid dixit? auribus commendate: SVRGE, PROPERA AMICA MEA, COLVMBA MEA , FORMOSA MEA , ET VENI ; SVRGE , ab originali labe, ad ardua PROPERA, ad laborandum ſcilicet,& pœnitentiam prædicandam. Ioann. Chryſoſt. ſuper hæc verba ſcribit, Ioan.Chryſoſt. apud Metaphr.
C quod tunc temporis Ioannes Baptiſta in lucem prodire anhelabat. En verba Sancti: PROPERAT PRAECVRRERE, NON SVSTINET NATVRAE EXPECTARE TERMINOS: SED CONTENDIT RVMPERE CARCEREM VENTRIS, VT SE BREVI EXPEDIRET, & obediret Chriſto, qui dixit illi, PROPERA . Properauit: quia in inſtanti in ventre matris, iuxta Ieremiæ vaticinium de illo, fuit ſanctificatus: ANTEQVAM EXIRES DE VVLVA, SANCTI- Ier. 1. 24.
D FICAVI TE , ET PROPHETAM IN GENTIBVS DEDI TE : quod tunc temporis extitit,cum virgo Eliſabeth fuit alloquuta : EX QVO FACTA EST VOX SALVTATIONIS TVAE IN AVRIBVS MEIS , EXVLTAVIT INFANS IN VTERO MEO. In animæ negocijs celeritas inſectanda; Hinc cur Sancta Eccleſia à Spiritu ſancto gubernata, Viſitationis feſtum intra octauam Sancti Ioannis Baptiſtæ propoſuerit celebrandum, intelligemus. Nullum latet, Virginem ante Baptiſtæ ortum Eliſabeth inui- Luc. 1. 44.

fi ſſe; feſtum igitur immutato ordine celebratur. Re- A ſpondent plerique, Paſchatis intuitu, eo tempore vt plurimum recurrentis, quo eſſet recolendum. Hæc ratio haud tricas expedit: per duos enim menſes trāſactos non conelebratur, & hoc temporis interuallo complura ſanctorum feſta recenſentur; inſulſa ergo ratio. Debitum tempus Eccleſiam præterijſſe dicerem, vt myſterium, inſinuaret; Octaua namque die

Gen. 17. 12. paruulus circumcidebatur, labemque originalem fi- B guratè circumciſio abolebat; nunc vero, quia Virginis aduentus Ioannem materno in gremio ſanctificauerat; ideo octaua die recurrens quot annis celebritas Viſitationis recolitur. Hæc Angelus Zachariæ Ioannis genitori ſpopondit, & Lucas aſſerit: SPIRITV

Luc. 1. 15. SANCTO REPLEBITVR EX VTERO MATRIS SVAE.

Cum ergo Anima illa fu erit ſanctificata, hoc eſt amicabili fœdere Deo iuncta, amicam vocat: C AMICA MEA; Columbam quoque dicit ſuam: COLVMBA MEA, non ſimplicitate tantum, munditia, & innocentiæ candore; ſed per munus, quo erat perfuncturus. Nam cum vterque, Chriſtus videlicet, & Ioannes, in arca materni vteri (fœderis arca dicta eſt Maria) clauderetur, Ioannes, primus diſruptis vinculis, ceù columba viridantis oliuæ ramum, pacis ſymbolum afferens, terrarum orbem erat in- D greſſurus, initum inter Deum, & homines fœdus propalando: vel Columba propter gemitum prædicationis: PRAEDICANS BAPTISMVM POENITENTIAE: Venuſtatis demum titulo animam illam honorari: FORMOSA MEA, per gratiam ſanctificantem, quam in

Matt. 11. 11. ortu accepit; quoniam INTER NATOS MVLIERVM NON SVRREXIT MAIOR IOANNE BAPTISTA. Indicat igitur ei daturos hos gratiæ gradus: primum amicitiæ, prop-

A propter gratiam sanctificantem: secundum Columbæ propter officium prædicationis: tertium formositatis, propter singularem sanctitatem. AMICA, dicitur affectibus cęlestibus, COLVMBA gemitibus, FORMOSA, virtutibus; ET VENI, scilicet, ad me, quia ego veni ad te: IN PROPRIA VENIT: addidit, Ioan. 1. 11. ET PROPERA, quia & ego properaui venire ad te, & quasi ceruus currens veni; ABIIT IN MONTANA
B CVM FESTINATIONE, scribit Euangelista Matth. & in Cantica: SIMILIS EST DILECTVS MEVS CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM: Vnde dicit propheta: EXVLTAVIT VT GIGAS AD CVRRENDAM Psal. 18. 6. VIAM; venit se incarnando, accelerauit liberando, properauit sanctificando: venit affectu miserendi, accelerauit studio subueniendi, properauit zelo docendi viam æternę salutis. Vlterius insinuat causam
C cur properandum: IAM ENIM HYEMS TRANSIIT, IMBER ABIIT, ET RECESSIT: FLORES APPARVERVNT IN TERRA NOSTRA, TEMPVS PVTATIONIS ADVENIT. IAM ENIM HYEMS, non temporis, sed actionis, scilicet HYEMS infidelitatis Gentium, TRANSIIT: IMBER lacrymarum Populi Israelitici, barbara seruitute Ægyptiaca oppressi, ABIIT; hyems tempus hor-
D ridum est, & significat austeritatem, & sterilitatem Mosaicæ legis, quæ erat timoris, & pœnæ, & Diuinæ punientis iustitiæ, dura ceruice populo flagella inseruiebant ad tellurem duri cordis aridam fructus ferendos.

HYEMS TRANSIIT. Ante Christi in carne aduentum, Misericordiæ locus non extabat, vna dominabatur Iustitia: Inundauerant enim terrarum orbem infidelitatis flagitia, superbiæ, auaritiæ, super-

stitio-

stinctionis, & sensualitatis; vno verbo omnia vitia, A
per hyemem repræsentata, quæ asperior, frigidior,
& durior est anni temporibus, absque bonorum operum fructibus, bonorum desideriorum floribus, & folijs bonæ expectationis; solum tentationum ventis exuberans, niuibus, glaciebus, & imbribus scelerum, & peccatorum: & hoc per solis absentiam, nempe Dei; longinquitas enim solis hyemem progenerat; cum sol appropinquat, ver aduenit: HYEMS TRAN- B
SIIT: ante incarnationem Verbi, Deus puniebat, & dicebatur VLTIONVM DEVS, ET DEVS SABAOTH.

FLORES APPARVERVNT IN TERRA NOSTRA: Magi videlicet, qui infantulum in fascibus per numen adoraturi perrexerunt; hi primitiæ gẽtium sunt appellati; ergo flores: APPARVERVNT, quia non longo temporis interuallo sunt commorati; sed florum instar apparentium euanuere statim. Ho- C
rum Magorum festa dies Epiphanię dicitur, quod est idem ac APPARITIO: flores ergo apparuerunt in terra nostra: hoc est Bethlehem, iuxta de ea vaticinium:
Matth. 2. 6. ET TV BETHLEHEM TERRA IVDA &c.

TEMPVS PVTATIONIS ADVENIT: quale
Ad Galat. 4. 4. est hoc tempus? audite Apostolum: AT VBI VENIT PLENITVDO TEMPORIS, MISIT DEVS FILIVM SVVM. Huius putationis tempus rememorat Dominus in Euan- D
gelio, cum se dicit Vitem, & Patrem suum Agricolam:
Ioan. 15. 1. EGO SVM VITIS VERA, ET PATER MEVS AGRICOLA EST: & de putatione sequitur; OMNEM PALMITEM IN ME NON FERENTEM FRVCTVM, TOLLET EVM: ET OMNEM QVI FERT FRVCTVM PVRGABIT EVM, VT FRVCTVM PLVS AFFERAT. Mysticè tamen hic Innocentium dira cædes indicatur, non verò physicum tempus, quo vineę putantur; nam cum germinant vites

A tes,putandi tempus transactum est; Ergo de refectione mystica loquitur, scilicet, quod innocentium puerorum immanissima cędes aduentasset,ideo sequitur: VOX TVRTVRIS AVDITA EST IN TERRA NOSTRA. VOX TVRTVRIS,de qua Matthæus cū dixit. VOX IN RAMA AVDITA EST PLORATVS,ET VLVLATVS MVLTVS: RACHEL PLORANS FILIOS SVOS: Parentum scilicet clamores; Infantium lacrymæ, ploratus, fletus, Iere.31. 15. Matt.2. 18.
B & luctus vniuersalis tantorum innocentium. IN TERRA NOSTRA; In Bethlehem scilicet, vbi eadem cædes facta fuit, Herodis iussu: ET MITTENS OCCIDIT OMNES PVEROS, QVI ERANT IN BETTHLEHEM, ET IN OMNIBVS FINIBVS EIVS A BIMATV, ET INFRA, SECVNDVM TEMPVS, QVOD EXQVISIERAT A MAGIS. TVNC ADIMPLETVM EST QVOD DICTVM EST PER IEREMIAM PROPHETAM DICENTEM. VOX IN RA- Matt.2.16.
C MA AVDITA EST, PLORATVS, ET VLVLATVS MVLTVS &c. Possunt quoque ad infantulum Iesum iam natum hęc verba referri, de quo legitur: VAGIT INFANS INTER ARCTA CONDITVS PRAESEPIA: & benè VOX TVRTVRIS conuenit Christo: Turtur animal est purum, castum,& mundum,propter aliena peccata immolandum, cuius vox fletus simul,& cantus est. Ergo benè conuenit Christo, qui, vt scribit Apostolus; PRO- In dominicę pass. Hym.
D POSITO SIBI GAVDIO SVSTINVIT CRVCEM, & pro nobis est immolatus. FICVS PROTVLIT GROSSOS SVOS, infantium scilicet parentes; immatura enim ficus lac gignit,illoque nutritur,quæ sunt pueruli nati:ficus flores non habet; sed pro floribus grossos mittit, tempore quo cæteræ arbores florent. Heb.12. 2.

VINEÆ FLORENTES DEDERVNT ODOREM SVVM, hoc est, vinea gentium, Magi scilicet, iuxta Theodoreti hoc in loco expositionem;

VINEÆ

VINEÆ FLORENTES DEDERVNT ODOREM SVVM, nempe Magi, Christo thus, & myrrham offerentes, odorem spirantia; & vinea Israelitici populi cum martyribus innocentibus, qui tenelli infantes vitis mustum offerre nequibant, quia florebant; sed immaculati sanguinis, & suæmet innocentiæ, cælo, & mundo suauissimum odorem tradidere, adeo vt vox, quæ ad Octauiani aures peruenit de immani puerorum cæde, Herodis nempe, nec proprio parcentis filio, illum coegerit exclamare: Præstat Herodis esse porcum, quàm filium. Illo relicto ad Canticam reuertamur. A B

SVRGE AMICA MEA, SPECIOSA MEA, ET VENI. Magi post Puerum Iesum in fascibus adoratum, Herodis primo aspectu mellita verba, malitiam tamen inuoluentia, cognoscentes: ITE, ET INTERROGATE DILIGENTER DE PVERO: ET CVM INVENERITIS, RENVNCIATE MIHI, VT EGO VENIENS ADOREM EVM; Deum enixè rogauerunt, num sibi ad Herodem esset redeundum? qui ne redirent admoniti fuerunt: ET RESPONSO ACCEPTO IN SOMNIS NE REDIRENT AD HERODEM &c. noscens igitur Herodes se à Magis delusum simul, ac derisum: VIDENS QVONIAM ILLVSVS ESSET A MAGIS, IRATVS EST VALDE, & Lucio Sylla crudelior, qui nouem mille Romanos Primates per meram de medio sustulit suspicionem; Eleogabalo immanior, tenellos pueros non parentibus orbatos (vt eorum mors ad plures extenderet dolorem) trucidante; humanitatem exuens; & sæuior Cambyse Ægypti Rege, nec fratri, nec sororibus, nec amicis, nec quæ venerabatur Ægyptus idolis parcente, illa demoliendo: non hominum tantum, sed Idolorum contemptor, ait Sabellicus. Herodes verò non in ido- C D

Matth. 2. 8. Matt. 2. 16. Sabell. lib. 8 Exemp.

A in idola ; ſed in Dei filium ſæuijt, qui ne illius ſubi-
ret furorē inſanum, ab Angelo Ioſeph fuit admonitus:
ECCE ANGELVS DOMINI APPARVIT IN SOMNIS IO- Matt. 2. 13.
SEPH DICENS : SVRGE, ET ACCIPE PVERVM &c. Nunc
ad Canticam : SVRGE AMICA MEA, SPECIO-
SA MEA , ET VENI. SVRGE , ET ACCIPE PVE-
RVM ; dixit Angelus ad Ioſeph, vt ſcribit Matthęus:
SVRGE quia in lecto cubabat ; & in Cantica legitur;
B SVRGE AMICA MEA , Angelus ſcilicet ad Io-
ſephi animam , quieſcens etenim corpus intelligere
nequaquam poterat . SVRGE (notate SVRGE Euan-
geliſtę , & SVRGE Canticæ) AMICA MEA : ami-
cam nominat illam animam iuſtam , quia Deo fami-
liaris, grata, & coniuncta erat: SPECIOSA MEA,
formoſam prædicat , quia ſancta ; ET VENI, ſcili-
cet mecum in Ægyptum; quod vel Ioſephi cuſtos An-
C gelus fuerit , ſeu alius de induſtria miſſus, nil ad rem Tob. 5. 20.
noſtram . Si ſupremus Orbis Rector ad Tobiam Ra-
phaël miſit, vt tutus iter faceret; quanto magis ad Io-
ſeph , & matris , & Dei filij curam gerentis? Hic cæ-
li monitu accepto , Virginem à ſomno ſuſcitauit, om-
niaque aperuit; quæ ſubitò Infantulum complectens,
& maximo viſcerum affectu deoſculatus, talia ad pue
rum verba habuiſſe mihi videtur : Chare mi nate ,
D vix mortali perfrueris luce , & ad cædem
ab hoſtibus requireris ? Tuam fateor violentam ab
Angelo necem mihi inſinuatam , manus pedeſque
clauis configendos in cruce , & poſt mortem corpus
lancea tranſuerberandum ; aſt trigeſimo tertio in an-
no ; & nunc tuæ iam vitæ moliri inſidias anhelant ?
Nate chare, chare mi nate ; vix cùm lacrymis laxas
dedit habenas . Ioſeph duplici preſſus dolore , & ve-
xatus afflictione, vt illam ſolaretur , vel vt potius ab

illa ſolamen reciperet, hæc ad illam, quę ſequuntur A habuit verba.

COLVMBA MEA, IN FORAMINIBVS PETRÆ, IN CAVERNA MACERIÆ. COLVMBA MEA, quæ in huius petræ viuæ (PETRA AVTEM ERAT CHRISTVS) foraminibus gemis, vultum hilarem compone, & voce tua ſolare; vox enim tua, & ſolus aſpectus tuus perturbatum animum demulcent meum: OSTENDE MIHI FACIEM TVAM; B SONET VOX TVA IN AVRIBVS MEIS; VOX ENIM TVA DVLCIS, ET FACIES TVA DECORA; cum ſcriptum ſit de ea: DIFFVSA EST GRATIA IN LABIIS TVIS: SPECIE TVA, ET PVLCHRITVDINE TVA &c. Tunc Beata Virgo ad Deum hęc habuit verba.

Prim. Cor. 10. 4.

CAPITE NOBIS VVLPES PARVVLAS, QVÆ DEMOLIVNTVR VINEAS, NAM VINEA NO- C STRA FLORVIT: Chare mi nate, tua te manu cuncta volutare, non me latet, & à peccatorum morte abhorrere, illorumque vitam expetere, & conuerſionem, non me præterit; cum ſcriptum ſit: DEVS NON VVLT MORTEM PECCATORIS; SED VT MAGIS CONVERTATVR, ET VIVAT: Non hoſtium igitur excidium animo peruoluo; ſed noſtræ ſecuritati in itinere tam prolixo, conſulo; Aſt, vt viuos capias hoſtes D tuos rogo, ne vineas florentes (te nempe, & Infantes, qui flores martyrum dicuntur) demoliantur: CAPITE NOBIS VVLPES PARVVLAS, QVÆ DEMOLIVNTVR VINEAS. Per vulpes, Herodem, & Sectatores intelligendos eſſe, non mea eſt opinio; ſed ipſiuſmet Chriſti Domini, qui cum certior fieret, ab Herode huiuſmet Herodis filio, ad necē inſectari: VADE HINC, QVIA HERODES VVLT TE

Eccleſ. 33.

Luc. 13. 32.

OCCI-

A OCCIDERE; Hæc Chriſtus ad illos; DICITE VVLPI ILLI (Herodi ſcilicet huius filio); ſi filius vulpes;ergo & pater:Ouis enim vulpē nō generat ; ſed vulpes ; vulpes igitur Herodes erat. Aſt cur vulpes paruula dicitur ? Si callidior, & maior extabat ; magna ergo. Reſpondeo , quia Herodes humilitatem, & ſimplicitatem ſimulabat, & deuotionem : VT ET EGO VENIENS ADOREM EVM. Vel paruula vulpes,quia grandiores vulpes Matt. 2. 8.
B florentem vuam deuaſtandā non eſſe ferè præſentiūt. vt maturata veſci valeant ad ſatietatem:Paruulę vero vulpes in futurum non proſpicientes,vel florentes demoliuntur . Herodes ergo florentem vuam demolii exardeſcens vulpes paruula dicitur : vel quia vulpes paruulæ ſunt corpore,magnæ malitia,miniſtri quoque Herodis vulpeculæ erant.



Accepit beata Virgo reſponſum à Cœlo, & in Æ-
C gyptum ſenſit demigrandum,vt de filio vaticinata ab Oſea adimplerētur:EX AEGYPTO VOCAVI FILIVM MEVM; Oſ. 11. 1.
& Iſaia: ANTEQVAM SCIAT PVER VOCARE PATREM SVVM, ET MATREM SVAM,AVFERETVR FORTITVDO DAMASCI,ET SPOLIA SAMARIAE CORAM REGE ASSYRIORVM. Tertullianus contra Hebræos cap. 9. hunc de Chriſto infante locum intelligi exiſtimat, contra Idololatriam Ægyptiacam.Exaturanda igitur erat fames,& extinguenda Iſa. 8. 4.
D Herodis canis ſitis in tot innocentes , in eorumdem beneficium;tunc Virgo ad hæc: DILECTVS MEVS MIHI,ET EGO ILLI, QVI PASCITVR INTER LILIA . Hic mutuum , & reciprocum oſtendit amorem (ait Bernardus ſerm.29. in Cant.) CVM SANCTO SANCTVS ERIS, CVM VIRO INNOCENTE INNOCENS ERIS:ipſe mecum commorari oblectat , & Sponſo meo Ioſeph ; meq; eius perfrui aſpectu; QVI PASCITVR INTER LILIA. Chriſtus lilium eſt,beata Virgo lilium, & Io- Pſal. 11. 26.

ſeph lilium: ſimile conſeruatur à ſimili: lilia ergo pa- A
ſcua ſunt Sponſi, qui caſtitate, puritate, & virginitate delectatur, & paſcitur. DILECTVS MEVS MIHI, ET EGO ILLI; hęc verba mutuum, & reciprocum indicant amorem, vt dixi. DONEC ASPIRET DIES (pręſētis vitę) ET INCLINENTVR VMBRÆ, mortis.

REVERTERE, SIMILIS ESTO DILECTE MI CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM, SVPER MONTES BETHER. Herode ab hac luce profecto, B
Ioſeph denuo ab Angelo, vt rediret Hieruſalem fuit
Matt. 2. 13. admonitus, cum primum dixiſſet: ESTO IBI VSQVE DVM DICAM TIBI; nūc temporis, REVERTERE, DEFVNCTI SVNT ENIM, QVI QVAEREBANT ANIMAM PVERI. REVERTERE Cāticæ, & Euāgeliſtæ cōparate. SIMILIS ESTO DILECTE MI CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM: quibus verbis, ne publicum carpat iter admonetur; ſed ſumma cum celeritate perageret: SIMI- C
LIS ESTO DILECTE MI CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM; Animalia cæleri pede inuia calcantia. Obediuit igitur Ioſeph, & fecit iter cum
Matth. 2. 21 celeritate, & timore; QVI CONSVRGENS ACCEPIT PVERVM, ET MATREM EIVS, ET VENIT IN TERRAM ISRAEL, AVDIENS AVTEM QVOD ARCHELAVS REGNARET IN IVDEA PRO HERODE PATRE SVO, TIMVIT ILLO IRE. Ecce quomodo fecit iter cum timore, iuxta verba Angeli, D
& monitum Canticæ. Cantica ergo benè concordat cū Euangeliſta. Cuſtodiat nos interim Dominus gratia, & miſericordia Sponſi Eccleſiæ Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Amen.



CAN-



CANTICI
CANTICORVM
CAPVT III.

1 IN lectulo meo per noctes quæ-
ſiui quem diligit anima mea:
quæſiui illum,& non inueni.
2 Surgam, & circuibo ciuitatem:
per vicos, & plateas quæram
quem diligit anima mea: quę-
ſiui illum & non inueni.
3 Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciui-
tatem: Num quem diligit anima mea, vidiſtis?
4 Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quē
diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam,
donec introducam illum in domum matris meæ
& in cubiculum genitricis meæ.
5 Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, cer-
uoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque eui-
gilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.
6 Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſi-
cut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thu-
ris,

ris, & vniuersi pulueris pigmentarij?

7 En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel:

8 Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusque ensis super femur suũ propter timores nocturnos.


9 Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani:

10 Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate constrauit propter filias Ierusalem.

11 Egredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.




CA-



CAPVT III. CANTICAE.

IN LECTVLO MEO PER NOCTES QVÆSIVI QVEM DILIGIT ANIMA MEA : QVÆSIVI ILLVM , ET NON INVENI.

A 
Anctus Bernardus super hæc
verba dubium agitat , quod
qui benè ponderat , & pene-
trat , vtile magis , quam cu-
riosum reputabit . tale est :
SE MAGNO CONATV , AC DILI- Bern.ser.75
GENTIA CASTA SPONSA SPON- in Cantic.
B SVM QVAESIVISSE TESTATVR ,
ILLVMQVE MINIME REPERIISSE
DECLARAT : IN LECTVLO MEO PER NOCTES
QVÆSIVI &c. QVÆSIVI ILLVM , ET NON
INVENI . CVR NON INVENIT ? (inquit Sanctus)
NON NE IPSE DIXIT : QVAERITE , ET INVENIETIS ?
CVNCTISQVE SE QVAERENTIBVS AB ILLIS REPERIEN-
C DVM FORE PROMISIT ? OMNIS ENIM QVI PETIT , Matth.7.7.
ACCIPIT : QVI QVAERIT, INVENIT . Diuus Matthæus
iuxta dicta scribit , Magos illum quæsiuisse , & repe-
rijsse : ET INTRANTES DOMVM INVENERVNT PVE- Matt.2.11.
RVM CVM MARIA MATRE EIVS : Nunc vero tempo-
ris illibata Sponsa totis viribus se quæritasse, nec in-
uenisse

ueniſſe dicit ; QVÆSIVI QVEM DILIGIT A- A
NIMA MEA : QVÆSIVI ILLVM , ET NON
INVENI : QVOMODO SE RES HAEC HABET ? Re-
ſpondet idem Sanctus : SPONSAE VERBA , QVAESO ,
Ber. ſer. 75. in Cant. PONDEREMVS , VT CAVSAM INDAGARE POSSIMVS . Per
triplex caput poteſt quis inquiri, nec tamen reperiri:
vel quia qui quærit, parum inquirit : vel negligenter,
vel extra tempus, tunc nempe cum reperiri nequit :
vel quia alibi quærit, & vbi non immoratur : libet B
hic perquirere quomodo , vbi , & quando Sponſa
Sponſum quæſierit, vt cauſam, cur non inuenerit in-
ueſtigemus. Quoad modum, negari haud poteſt, Spon-
ſam non ſemel tantum, ſed iterum atque iterũ Spon-
ſum quæſiuiſſe : PER NOCTES QVÆSIVI, non
vna : ſed pluribus noctibus, magnaque cum diligen-
tia, dicit enim : QVÆSIVI, & inſuper addit: QVÆ-
SIVI, hoc eſt toto conatu, & omnibus viribus . Tem- C
pus , & locum , reſtat vt inſpiciamus: Quoad locum:
IN LECTVLO MEO , inquit, ſe illum quæſijſſe,
in proprio tamẽ lecto teſtatur: IN LECTVLO MEO.
In lecto tantum perquirebat ? num ne febricitabat
Sponſus, vt de lecto ſurgere nequiret ? vel otio tor-
peſcentem , & ſopori deditum Sponſum Sponſa repu-
tabat, vt ſemper in lecto marceſceret ? ſimplex qui-
dem nimis Sponſa hæc erat, ſi toto animo, & affectu D
reperiendi illum alibi quærere neceſſe erat. Tempus
ponderemus : PER NOCTES ; noctu tantum quæ-
rebat? Cur vero non die ? Sponſi ergo tantummodo
meminerat, cum cubabat ; cæterùm, per diem obliui-
ſcebatur. hic mirari non licet , ſi non inuenerit. Do-
cumẽtũ nobis hinc referatur: ſi ſolum in cubili Deum
quærimus, hoc eſt commodis, & voluptatibus, amit-
timus potius , toto enim cœlo aberramus , ſi ibi nos
repe-

A reperire eum censemus; PER NOCTES: nox ignauiam, peccatum significat. & mortem: VENIT NOX (Christus ait) QVANDO NEMO POTEST OPERARI: nox quietis, non laboris tempus est; extremo in spiritu Deũ quæritare, procul dubio non inuenies: eademmet Spõsa infallibile reddit testimonium: IN LECTVLO MEO PER NOCTES QVÆSIVI QVEM DILIGIT ANIMA MEA: QVÆSIVI ILLVM, ET Ioan. 9. 4.

B NON INVENI: Vt inuenias, extra cubile quæras & per diem integris sensibus, & salute; non vero cum morbis vexaris, & tumulo hæres, tunc enim quærendi tempus non extat; sed iamdudum reperijsse; ait enim: TEMPORE ACCEPTO EXAVDIVI TE: ET IN DIE SALVTIS (nota IN DIE; non in nocte) ADIVVI TE: hunc locum exponens Paulus, acceptum tẽpus, NVNC præsens esse declarat: ECCE NVNC TEMPVS ACCEPTA- 1. Cor. 6.

C BILE: Salutaris dies, præsens est: ECCE NVNC DIES SALVTIS: hæc nos Isaias Propheta docet: QVAERITE DOMINVM, DVM INVENIRI POTEST: Si semper, & vbicũque reperiri posset, nõ diceret Propheta: QVAERITE DOMINVM DVM INVENIRI POTEST; prosequitur ille; INVOCATE EVM, DVM PROPE EST: Ergo non semper prope est. Sponsus, Christus est, qui sol nominatur: SOL IVSTITIAE CHRISTVS: illum Sponsa noctu quæ- Isa. 55. 6. Malac. 4. 2.

D rebat? nocturno tempore solem quærere, stultum est: solem per diem reperies, non vero per noctem. S. August. de verbis Psalmi sermonem habens; QVAERITE DOMINVM, ET CONFIRMAMINI: QVAERITE FACIEM EIVS SEMPER. SI SEMPER QVAERITVR, QVOMODO, ET QVANDO INVENITVR? (inquit Sanctus) AN INVENTVS FORTE QVAERENDVS EST? idem sibimet respondet: INVENITVR QVAERENDO, ET QVAERITVR INVENIENDO; INVENITVR FIDE: QVAERITVR SPE: QVAE- Aug. in ps. 104. 3.

RITVR CHARITATE, QVAE NON HABET FINEM; ET SIC SEMPER QVAERITVR PERSEVERANDO IN EADEM CHARITATE. Deus infinitum est bonum, quod nec integre, nec perfectè humanus comprehendere potest intellectus; Ideoque nobis quid quæramus semper remanet. A

Cum Sponsum in cubili Sponsa, nec nocte reperiret, sententiam mutauit: SVRGAM, ET CIRCVIBO CIVITATEM: PER VICOS, ET PLATEAS QVAERAM QVEM DILIGIT ANIMA MEA. nec tamen illum inuenit: QVÆSIVI ILLVM, ET NON INVENI. Marcellinæ Sorori S. Ambrosius scribens, Christum dicit plateas non incolere: Christus enim pax est, & in plateis dissidia regnant: Iustitia, & Veritas Sponsus est: in plateis dolos inuenies, & iniquitates. Illum ergo in plateis non reperies. Sic Sponsæ accidit: QVÆSIVI ILLVM, ET NON INVENI. B C

Amb. lib. 3. de Virginibus.

Foro relicto illum Sponsa maiori conatu, & diligentia quæsiuit; quem paulo post inuenit: PAVLVLVM CVM PERTRANSISSEM EOS, INVENI QVEM DILIGIT ANIMA MEA: TENVI EVM, NEC DIMITTAM DONEC &c. illo inuento, ne denuo amitteret, nunquam dimisit. Hæc verba in mystico sensu accepta, Christo, & Ecclesiæ nascenti plerosque sacræ Scripturæ expositores applicare non me præterit, qui in ijsdem verbis sub noctium nomine, immanes Tyrannorum persecutiones, quæ Ecclesiam suo in ortu vexarunt, ostendunt referari. Iidem quoque plura Canticæ verba particularibus Ecclesiæ euentibus nectunt. ita inter alios Pater Paulus Sherlogus, qui plures numerat auctores: quia eo in angustiarum tempore Ecclesia extrema in necessitate D

Therlog. pag. 38.

redacta,

A redacta, vt ne vnum quidem telluris tutum palmum
haberet, quem incoleret; in ſpeluncis, antris, &
cauernis, vt ſecurior eſſet, ſe ſe abdiderat; quæ cla-
ram diem obſcuram noctem reddebant. Hac de cau-
ſa fidelium Eccleſia illacrymans, & mæſta, illis in
anguſtijs, & tenebris dilectum Sponſum quęrebat,
dicebatque: IN LECTVLO MEO PER NOC-
TES, illis ſcilicet miſeris in diebus, nocte magis
B obtenebratis: QVÆSIVI, QVEM DILIGIT A-
NIMA MEA, qui infinitum eſt Bonum; illud ta-
men ſummum quærens Bonum, vt quieſceret, angu-
ſtias, perſęcutiones reperiebat, & innumera mala,
quæ illam aſſiduè dilacerabant. Hæc illa reſpiciens,
ab antris erumpere ſanciuit: SVRGAM, ET CIR-
CVIBO CIVITATEM &c. & Vrbem percurrere
(nempe Romam) vt an parum quietis reperire poſſet
C experiretur: aſt excubijs occurrens magis timuit,
per publica præcepta, & edicta contra Chriſti fide-
les tempore Neronis, aliorumque immanium Eccle-
ſiæ perſecutorum, ſtatuta. PAVLVLVM CVM PER-
TRANSISSEM EOS, INVENI QVEM DILIGIT
ANIMA MEA &c. Hoſce poſt Tyrannos demum
Magnus Conſtantinus regnauit, qui Chriſti fidem
amplectens perfectam Eccleſię (vt quęrebat) quie-
D tem, & pacem reſtituit. Hic enim ſacri Fontis vn-
da luſtratus, & honoris, & dignitatis titulo Silue-
ſtrum Pontificem ſanctum decorauit, vt non ſolum
ſui Lateranenſis Palatij dono affecerit; verum etiam
Imperialis Chlamydis ornamentis, & vrbis dominio,
quinimò totius Italiæ, ornauerit, & onerauerit. Ra-
dices tunc firmas fixit Eccleſia, & Chriſti fides vexil-
lum explicuit, adeo vt dixerit Sponſa: TENVI EVM
NEC DIMITTAM, DONEC INTRODVCAM

ILLVM IN DOMVM MATRIS MEÆ (hoc est A
Romam) à Deo Pontificum selectam Sedem, & reliquarum Ecclesiarum Parentem. Hanc in Vrbem Christus Iesus per Siluestrum eius vices gerentem fuit introductus: ET IN CVBICVLVM GENITRICIS MEÆ, hoc est, in particulares Ecclesias à Constantino in Dei, Sanctorumque honorem extructas, vt Veneris templum, & fanum in Sanctæ Crucis in Hierusalem Ecclesiam commutatum. Cum iam B
tunc temporis quieuisset Ecclesia, præcepit Constantinus, ne in posterium quis Christi fideles vexare auderet, pœnam daturus &c. & hoc est quod Cantica prosequitur: ADIVRO VOS FILIÆ HIERVSALEM PER CAPREAS, CERVOSQVE CAMPORVM, NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM. ADIVRO VOS FILIÆ HIERVSALEM: Hebrei nempe Christifide- C
libus infensiores hostes. sequitur Cantica: QVÆ EST ISTA, QVÆ ASCENDIT PER DESERTVM: SICVT VIRGVLA FVMI EX AROMATIBVS MYRRHÆ, ET THVRIS &c. hic describitur suprema dignitas Romani Antistitis, quia sanctus Siluester Papa euocatus è latebris Soractis montis à Constantino ad Imperium Romanum cum tanta gloria, qualis nūc est Romani Pontificis maiestas; SICVT VIRGV- D
LA FVMI EX AROMATIBVS &c. Tunc Ecclesia licet humilis, & abiecta, ab omnibus honorabatur; & adorabatur Pontifex; quod totum significat; SICVT VIRGVLA FVMI EX AROMATIBVS MYRRHÆ, ET THVRIS. EN LECTVLVM SALOMONIS, domus nempe, & magnificum Antistitis Palatium, hoc est Lateranense à Cōstantino donatum, regia pompa, & apparatu ornatum. SEXAGINTA
FOR-

A FORTES AMBIVNT EX FORTISSIMIS ISRAEL: Custodię nempe, & cœtus aulicus in defensionem, & Antistitis honorem attributus. FERCVLVM FECIT SIBI REX SALOMON. hæc sedes erat, vel quadriga Siluestri Pontificis, regia magnificentia contexta ab eodem Constantino, PROPTER FILIAS HIERVSALEM, vt Hebræorum Christi fidelium hostium inuidia, & pertinacia confunderetur; quinimò B confunderetur, tot tantisque Ecclesiæ dignitatibus, & honoribus elatæ. Ideoque insequitur Cantica. EGREDIMINI FILIÆ SION, ET VIDETE. Iidem Hebræi Summi Pontificis honorem inspecturi, & venerationem, quibus Romana Vrbs, Orbis caput plaudebat, inuitantur: ET VIDETE REGEM SALOMONEM IN DIADEMATE, QVO CORONAVIT EVM MATER SVA (nempe Roma) IN DIE C DESPONSATIONIS, ET LÆTITIÆ, quæ festiuitas erat, & lætitia vniuersalis, vt nuptiarum tempore peragitur.

Illorum ego non reprobo opinionem, quinimò pleno ore commendo; sed quia litterali sensui insistere promisi, cum hic talis non sit, in Canticę verbis quærere cogor alteram expositionem, quæ litteralis existat; sed quia nouitates reprobari cognosco, vt potè D non bene fundatas, vt has effugiam difficultates, testimonijs fide dignis cogitatum meum fulciam, ne in dubium possit reuocari: nunc Canticę verba videamus.

IN LECTVLO MEO PER NOCTES QVÆSIVI, QVEM DILIGIT ANIMA MEA. Sponsæ sunt absque vlla difficultate verba, vt supra diximus: Dei genitricem Sponsam esse (iuxta sanctorum Patrum communem sententiam) nullum est dubium; Iesum

Iesum filium (qui cęlestis est Sponsus) per trium die- A
rum interuallum amisisse; illumque hoc tépore quę-
siuisse per Hierusalem, & demum post tertiam diem
in templo inuenisse, hoc meum non est inuentum;
nec probabilis opinio; sed fidei articulus extat, &
Luc. 2. nu. 42. vsque ad 46. clara euangelica veritas à S. Luca in 2. cap. nu. 42.
vsque ad 46. descripta. Hoc stante, inuestigemus an
Euangelistę verba Canticæ correspondeant. Scribit
Euangelista, Mariam, Ioseph, & Iesum ætatis anno- B
rum duodecim, in Hierusalem profectos, Pascha ce-
lebraturos: festiuitate consumpta, in Nazaret Ioseph
& Maria redierunt; sibi Iesum in comitatu adesse
persuadentes (cum ipse illis nescientibus in Hieru-
salem remansisset) noctu illi non redire conspicientes
amicos, & parentes interrogauere, an filium vidis-
set: quibus vnum omnium responsum fuit non vidis-
se. Nazaret perquisita in Hierusalem redierunt, vbi C
summo studio per vicos, & plateas illa die exquisi-
uere nec inuenire potuerunt; sequenti die mane, quæ
tertia erat, Hierusalem (quia vrbs grandis erat, &
spatiosa) totam lustrauere maxima diligentia, nec in-
uenerunt; templum tandem oraturi subiere, vbi eum
repererunt. hæc scribit Lucas, loco quo supra: nunc
Canticæ verba an Euangelistæ correspondeant, li-
bet intueri: IN LECTVLO MEO PER NOCTES D
QVÆSIVI QVEM DILIGIT ANIMA MEA; QVÆ-
SIVI ILLVM, ET NON INVENI: SVRGAM
ET CIRCVIBO CIVITATEM PER VICOS, ET
PLATEAS, QVAERAM QVEM DILIGIT ANI-
MA MEA: QVÆSIVI ILLVM, ET NON IN-
VENI; cum sequenti: IN LECTVLO MEO PER
NOCTES QVÆSIVI QVEM DILIGIT ANIMA
MEA: Postquam Beata Virgo cælestem Sponsum,
hoc

A hoc eſt Ieſum, filium, & ſponſum, ſemel & bis totà die quæſiuiſſet, nec reperire potuiſſet, itinere defeſſa, & mærore triſtis, neceſſitate deuicta, nocte, vt quieſceret, cubauit: aſt cum dormire nequiret, in cubili cœpit quæritare filium dicendo, Chare nate vbi es? Cor meum, Anima mea vbi vitam traducis? ſine te fato cedo. Quod ſi interdum quieſcebat, illum ſibi quærere videbatur: in die dolor agitabat, illum Io. Damaſc. lib. 4. cap. 15. de fid. orthod.
B tamen reperiendi ſpes minuebat dolorem; noctu verò, & in cubili vehementior exardebat, & quia tres noctes fuere, vt Lucas teſtatur; ideo dicit Cantica: IN LECTVLO MEO PER NOCTES QVÆSIVI &c. Tres tantum dies ponit Euangeliſta, in quibus à Parentibus abfuit: illumque quęſiuiſſe in Hieruſalem dicit, & in Templo tandem reperijſſe: Cæterùm, dolorem, & diligentiam in quęren-
C do adhibitam cuilibet conſiderandum proponit: Cãtica verò diſtinctiùs factum demonſtrat, ſibi quilibet perſuadere poterit quanta die noctéque ſit adhibenda diligentia, vt amiſſum filium vnicum, & charum quis reperiat: nocte illum vel ante ſolis ortum quærentes per Hieruſalem, pręter opinionem haud eſt, excubijs occurriſſe, à quibus interrogati quid illa in hora peragerent; illis reſpondiſſe, filium amiſſum
D quærere &c. num illum vidiſſent, hoc innuit Cantica: INVENERVNT ME VIGILES, QVI CVSTODIVNT CIVITATEM (hoc eſt Hieruſalem) cũ ſcriptum ſit (SVPER MVROS TVOS HIERVSALEM) Iſa. 62. 5.
NVMQVID QVEM DILIGIT ANIMA MEA, VIDISTIS? PAVLVLVM CVM PERTRANSISSEM EOS; paulo poſt Templum ſubierunt, vbi illũ inuenerunt, vt ſanctus Lucas deſcribit: Cantica ergo, & Euangeliſta concordant: Proſequitur Lucas:

ET VI-

ET VENIT NAZARETH, ET ERAT SVBDITVS ILLIS: A
Parentibus, vt ſubditus obediebat; non ne ergo illis charus? Nunc Canticam audite: TENVI EVM NEC DIMITTAM, DONEC INTRODVCAM ILLVM IN DOMVM MATRIS MEÆ &c. Charus adeò, vt Beata Virgo nunquam, poſtquam reperijt, dimiſerit, niſi ad vltimum vitæ diſcrimen: Et hoc indicat: DONEC INTRODVCAM ILLVM IN DOMVM MATRIS MEÆ (nempe Terram) ET IN CVBICVLVM GENITRICIS MEÆ (hoc eſt Sepulchrum) vt euentus rem comprobauit. B

Hiſce ex verbis aliquam nobis moralitatem in documentum exhaurire poſſemus. Beata Virgo, & Ioſeph, per tres dies Ieſum amiſerunt nulla eorum culpa, vnica tantum vice relinquentes: Ieſus duodecim erat annorum; Ergo ſponte remanſit: remanſit, inquam, Ieſus vt beata Virgo, & Ioſeph, noſtri in quęrendo, & inueniendo illum præceptores extarent; vtpote etiam voluit Ioannem Baptiſtam innocentem, alios pœnitentiam edocere, & prædicare: tunc temporis Chriſtus cum Ioſeph, & Maria non patenter cōmorabatur; ſed occulte: CVM IPSO SVM IN TRIBVLATIONE: Illi abſque ſua culpa perdiderunt; tu vero tibi fidis, illumque tua culpa linquis; abſque dubio amittes. Hi poſtquam amiſerunt, magno cum dolore, & ſtudio quæſiuerunt: tu vero tua culpa amiſſum illico reperire credis? Hi abſque culpa amiſſum magno cum cordis cruciatu, vt inuenirent operam nauarunt; tu ſola culpa amiſſum quanto indagas dolore? quanto ſtudio reperire laboras? Hi poſtquam inuenerunt, nunquam, ne illius iacturam facerent, dimiſerunt: tu vero ne perdas, quo timore concuteris? nunquam dimittas, ſi non amittere concupiſcis: C D

Mar. 1. 4.
Pſal. 90. 15.

TENVI

A TENVI EVM, NEC DIMITTAM DONEC &c. Si perdes quæres, aſt non inuenies: Magdalena ne amitteret, dimiſit nunquam, ſemper inſequuta fuit ad extremum vſque ſpiritum. Quid ergo de Matre dicemus? Dominum quærere, noſtrum magnum eſt beneficium; ideoque ſe quæri vult ad noſtram ſolum vtilitatem: Reperire præmium eſt: Quærere meritum: PRIVS NON INVENTVS QVAERITVR, VT INVENTVS PO- Ber.in Cāt. ſerm. 84.
B STEA STRICTIVS TENEATVR, ait Bernardus. Filio inuento, beata Virgo anima, & corpore quieta, menteque ſerenata contemplationi ſummę incumbebat: ideoque vt illam cuſtodirent, Angelos Sponſus adiurauit. ADIVRO VOS FILIÆ HIERVSALEM PER CAPREAS CERVOSQVE CAMPORVM, NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM, DONEC IPSA VELIT. PER CAPREAS CERVOS-
C QVE CAMPORVM, Dei electi ſunt intelligendi, qui percepturi erant magnam vtilitatem ope, & exēplo eiuſdē B. Virginis, ex Diuo Bernardo: Sponſus dum ipſa dormit, vigilat pro ea, & ſuper eā. ADIVRO VOS FILIÆ HIERVSALEM &c. Deus, in cuius manu ſunt cuncta, quę Cœlo ſubſunt, quique non ſolum præcipere, & imperare poteſt; verum etiam & creaturas cogere ad ſuam adimplendam voluntatē, eò be- Ber. ſer. 52.
D nignitatis deuenit exceſſu, vt nec cogat, nec imperet; ſed deprecetur, & oret.

ADIVRO VOS &c. Legitur in Luca: ASCENDENS AVTEM IESVS IN VNAM NAVIM, QVAE ERAT SIMONIS, ROGAVIT EVM A TERRA REDVCERE PVSILLVM; Rogauit? nō ne Petri, & Nauis Dominus es? cur non libere Petro imperas; ſed rogas? O ſummam Dei benignitatem! Tanto nos amore proſequitur, vt noſtram nobis linquat libertatem, in qua ſtat omne meritum; Luc. 5. 3.

O ideo-

ideoque non cogit, ſed rogat; & ſi aliquando imperat in maiorem noſtram vtilitatem, nunquam cogit. A
Poterat Petrus reſpondere: Domine ætate, & annis premor, tota nocte laboraui, feſſus, ſomnoque & inedia conſumptus: ſocios meos voca, nempe Ioannem &c. Domini nutui Petrus obtemperauit, qui concionem habuit, quam concionem Petrus licet feſſus libenti animo audiuit. Poſtea Petro dixit: DVC IN ALTVM: O Domine, obijcere poterat Petrus, obediui, B non ne ſufficit? numquid ætate laborantis non misereris? tota nocte laboraui, nunc iterum vela dare cogis? Obtemperauit iterum Petrus, licet ni voluiſſet obedire, potuiſſet, ſuæ tamen prçordinationis ſeriem fuiſſet demolitus, id eſt Pontificatus. Si Deus magna præcipit, pare; te namque ad altiora ſelegit: ſi non morigeraris, ad tui detrimentum perages; quid ad tuam in melius cadat ſalutem, ſolus ſcit Deus; actiua C nempe vita, vel contemplatiua.

Luc. 4. 5.

Hic ſuam à ſomno expergiſci Sponſam prohibet: NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM &c. Apoſtolis verò vigiles eſſe, & patientiam imperare, reperio: SVSTINETE HIC, ET VIGILATE MECVM: vos hactenus oraſſe, non me latet; nunc vero temporis, vt tentationes euitetis, maius requiritur opus: VIGILATE, ET ORATE, VT NON D INTRETIS IN TENTATIONEM: Ac ipſe quoque pro illis orauit: à Præceptore relicti, pro eo vt orarent, & parerent, vna ſimul omnes aſſidere, & illico ſomno ſe ſe dederunt. illorum egeſtatem prænoſcens Dominus ſemel ac iterum à ſomno ſuſcitauit; illi tamen denuò ſopore victi, accubarunt. quid verò accidit? occaſione, Magiſtrum deſtituerunt, aufugerunt, ſcandalizati ſunt, fidemque amiſere. In Cantica legitur Dominus

Matt. 26. 38.
Matt. 26. 41.

A minus animam sanctam inuisisse, illamque amicabiliter deprecatam fuisse: APERI MIHI SOROR MEA SPONSA &c. hæc inurbanè respondit, se de lecto surgere nolle, nec incommodari; exuta num, spolia induam? In se postea reuersa; heu quid perpetraui? Surrexit vestibus induta, ianuam reserauit: ast discesserat Dominus; Sponsum quęritauit; sed non inuenit: inurbanitatem suam detestans è domo erumpens per plateas, & vias quæsiuit Sponsum, omnes sciscitans, num illum vidissent: Satellitibus demum nocte occurrit, qui de illa sunt male meriti, & insuper sauciauerunt. En quantum sustinuit, quia diuinæ vocationi illico non obtemperauit. Si cito, nullaque interposita mora, vocationem amplecteris, facile Dominum reperies; aliter quid tibi sit euenturum cernes, summaque difficultate comperturus (si tamen inuenies.) Dei voluntati obtemperandum est, illibatæ instar Sponsæ, quæ ad contemplatiuam vitam euocata, tanto spiritus ardore, & gratiarum exuberantia complexa fuit, vt obstupuerint Angeli, eoque deuenerint admirationis, vt dixerint. Cant. 5. 2.

B

C

QVÆ EST ISTA QVÆ ASCENDIT PER DESERTVM, SICVT VIRGVLA FVMI EX AROMATIBVS MYRRHÆ ET THVRIS, ET VNIVERSI PVLVERIS PIGMENTARII? QVÆ EST ISTA &c. Hæc de Christi Humanitate verba intelligi possunt, quam dum prædicabat, omnes admirabantur; ortum humilem agnoscentes, nec studijs illum operam nauasse, vt Euangelistæ testantur; Tot insuper miracula cernentes, omnesque indifferenter à languoribus curantem: VIRTVS DE ILLO EXIBAT, ET SANABAT OMNES: adeo vt commota fuerit vniuersa ciuitas dicens: QVIS EST HIC? &c. QVÆ EST ISTA, Ioan. 7. 15. Luc. 6. 19. Matt. 21. 11 Marc. 6. 3. Luc. 4. 22.

D

ſcilicet Humanitas, quæ aſcendit per deſertum (huius mundi, in quo Io. Baptiſta prædicauit, & Christus ipſe ieiunauit) SICVT VIRGVLA FVMI (VIRGVLA dicitur propter humilitatem, & agilitatem aſcendẽdi) Chriſtus virga erat, & Mater virga, vt in fine primi capitis probauimus. Virga eſt diſciplina, qua carnem noſtram affligimus, vt à putredine vitiorum liberi euadamus: thus eſt oratio, quando exemplo bono noſtro proximis ſuauem damus o- B dorem. EX AROMATIBVS &c. vt virtutum omnium compoſitum, MYRRHÆ (mortificationis) THVRIS (orationis) vtpote pretioſiſſimum Thymiama, morbos omnes curans. Si Virgini verba hæc conferimus, fidem qua Chriſti Humanitatem fatetur, oſtendunt, in myrrha figuratam; in thure Diuinitatem. Sed quod hic admirari libet, hoc eſt, locum per quem tranſijt, & quo procedit; PER DESERTVM, C delicias, virtutes ſcilicet reperire, quæ Paradiſi ſuperent delicias, in deſerto belluarum domicilio? virtutes Angelorum Cœlum incolentium vincentes, inuenire hac in inuia huius mundi tellure? Deſertum mundus dicitur, quia nos deſerit: In Creatura fragili cõpacta carne (in Virgula fumi figurata) virginalem caſtitatem, humilitatem, obedientiam, charitatem, prudentiam, & mortificationem (virtutes in myrrha D expreſſas) orationem, ac deuotionem in thure, pretioſum Dei odoratui Thymiama componentes, humana, inquam, in creatura ſine ſuperbia? Thus, & myrrha abſque charitatis igne non redolent, in fumum euaneſcunt, flammas non habentem: oſtendit namque non ſuperbia efferri, nec illam virtutes proprias publicare: hæc recte operando ſuauiſſimũ Dei odoratui thymiama, & holocauſtum offerebat; adeo

vt

A vt Angeli iterum ſtupore correpti, de Sponſæ magnitudine dixerint.

EN LECTVLVM SALOMONIS SEXAGINTA FORTES AMBIVNT EX FORTISSIMIS ISRAEL, OMNES TENENTES GLADIOS, ET AD BELLA DOCTISSIMI: VNVSQVISQVE ENSIS SVPER FEMVR SVVM PROPTER TIMORES NOCTVRNOS. Pro Salomonis lecto, Be-
B da, Caſſiodorus, & Anſelmus, Eccleſiam intelligunt: pro ſexaginta fortiſſimis, Prælatos à peccatis defendentes, quę nocturni ſunt timores, quos tenebrarum Princeps molitur: hi non ſolum ſapientes, verum etiam fortiſſimi eſſe debent, quia ſpirituali in regimine ardua eueniunt facinora; quæ pectus, & vires exigunt; AD BELLA DOCTISSIMI, non facile, nec libenter enſem; ſed coacte debent ſtringere. Bed. Caſſiod. Anſel.

C EN LECTVLVM SALOMONIS: Angeli, beatam Virginem Dei domicilium eſſe teſtantur, lectumque cæleſtis Salomonis fatentur; IN QVO HABEMVS VIRGINEM DEI MATREM AB IPSOMET DEO FACTAM SPECIALI SAPIENTIA, PROVIDENTIA, ET MAGNIFICENTIA, inquit Bernardus. NEQVE ENIM VLLVS ALIVS, QVI POSSET CVMVLARE IN VNA VIRGINE MATRE TOT VIRTVTVM ORNAMENTA, TOT DIVITIAS
D SANCTITATIS, TOT DOTES ANIMI, ET CORPORIS, PRAETER IPSVM MET DEVM, QVI OMNIPOTENS POTVIT SIBI FACERE TALEM MATREM, ET LECTVLVM TALEM, IN QVO REQVIESCERET REX SALOMON DIVINVS: Vnde ipſa; FECIT IN ME MAGNA QVI POTENS EST. Non immerito Spiritus ſanctus vocat beatam Virginem lectulum myſtici Salomonis, quia in Virgine Deus homo requieuit: Ita in Eccleſiaſte de illa legitur: QVI CREAVIT ME REQVIEVIT IN TABER- Ber. in Cant. Eccleſ. 24.

BERNACVLO MEO; & de ipsamet legitur: IN OMNIBVS A
REQVIEM QVAESIVI. Beata Virgo quæsiuit requiem intra se, super se, & circa se: Prima Filij: Secunda Spi-
Ecclef. 24. ritus sancti; Tertia Generis Humani. De prima dicitur: REQVIEVIT IN TABERNACVLO MEO. De secunda:
Isa 11. 2. REQVIESCIT SVPER EAM SPIRITVS DOMINI. De tertia: IN OMNIBVS REQVIEM QVAESIVI; vnde idem Pro-
Psal. 131. pheta dicit: ELEGIT EAM DEVS IN HABITATIONEM SIBI: Cubile, proprius quiescendi locus: In Maria solum- B
modo quiescit Deus, reliquæ Creaturæ illum labo-
Isa. 43 24. rare faciunt: PRAEBVISTI MIHI LABOREM IN INIQVITATIBVS TVIS; ne diffundamus sermonem.

SEXAGINTA FORTES AMBIVNT EX FORTISSIMIS ISRAEL. Qui Virginis honorem tutari debent, sexaginta esse debent, qui perfectionis numerus existit: per quaslibet partes, denarius numerus introgreditur: Decem Dei sunt mandata, sex heb- C
domadæ dies, quibus operatur; obseruantes per totum vitæ curriculum Dei pręcepta indicat; septima etenim dies, quietis est, hoc est mortis. Consilium
Exod. 18. 21. Moysi datum fuit: PROVIDE DE OMNI PLEBE VIROS POTENTES, ET TIMENTES DEVM, IN QVIBVS SIT VERITAS ET QVI ODERINT AVARITIAM, ET CONSTITVE EX EIS QVINQVAGENARIOS, ET DECANOS (qui quinquaginta sunt, decem superinductis sexaginta perficientibus) D
QVI IVDICENT POPVLVM OMNI TEMPORE. Tales Marię affecti esse debent, fortissimi, omnibus in tentationibus inuincibiles: ESTOTE FORTES IN BELLO,
1. Petr. 5. 9. ET PVGNATE CVM ANTIQVO SERPENTE; CVI RESISTITE FORTES IN FIDE. Deuoti Virginis fortes esse debent pugnando cum diabolo; fortiores cum mundo, fortissimi cũ seipsis: hi illi adstare debent: vt vera in Virginem pietate præstes, debilem, & mollem in Dei cultu

A cultu esse haud debes; sed fortissimus, & prout se se occasio præsentauerit, ensem pertractare Verbi Dei, quod resecat, & cædit, non occidit; sed viuificat: VIVVS EST SERMO DEI, ET EFFICAX, PENETRABILIOR Heb. 4. 2. OMNI GLADIO &c. hunc gladium deferre debent super femur, id est super appetitum, & voluptatem delectationum carnalium, ad eas resecandas. PROPTER TIMORES NOCTVRNOS; propter præsen-
B tis vitæ discrimina, quæ nox appellatur, & noctium phantasmata.

FERCVLVM FECIT SIBI REX SALOMON DE LIGNIS LIBANI. Currus hic Crux est, Libani lignis compacta, quę cedri sunt; quapropter de Cruce canit Ecclesia: SVPER OMNIA LIGNA CEDRORVM TV SOLA EXCELSIOR: De hac vaticinatus fuit Isaias; PRAEPARABITVR IN MISERICORDIA SOLIVM EIVS. Dicet
Antiph. ad Benedictus in die sanctæ Crucis. Isa. 16. 4.
C aliquis: Hebręi crucem perfecere, non vero Salomon vt hic in Cantica legitur: sed amabò te, cum princeps Palatium construi mandat, non ne princeps fecisse dicitur? quomodo? nec manum applicuit; Ergo ipse non construxit: verum quidem est, per se, ipse tamen ædificandi mandatum tulit; quod satis est, vt dicatur ab ipso fuisse perfectum. Crucis ministri Hebręi fuerunt; sed cœlum mandauit: Quis hoc asserit? Matth. 2. 25
D S. Petrus in Actibus Apostolorum: CONVENERVNT Act. 4 27. IN CIVITATE ISTA ADVERSVS SANCTVM PVERVM TVVM IESVM, FACERE QVAE MANVS TVA, ET CONSILIVM TVVM DECREVERVNT FIERI: Verba sunt clara. Christus Regis nomen in Cruce acceptauit I.N.R.I. & se vt Regem palam ostendit: REGNAVIT A LIGNO DEVS, canit Ecclesia; nec vt Regem tantum; sed vt Salomonem Regem; quod idē est, ac Pacificus, quia in Cruce pendens pro hostibus suis exorauit: PATER DIMITTE Luc. 23. 34.
Ecclef.

ILLIS,

ILIIS, NON ENIM SCIVNT QVID FACIVNT: Christus adeo Pacificũ in Cruce se demonstrauit, vt Deum homini, hominem Deo, Cœlum Terræ, Terræ A
Col. 1. 20. Cœlum conciliauerit: Apostolum audite: PACIFICANS PER SANGVINEM CRVCIS EIVS, SIVE QVAE IN TERRIS, SIVE QVAE IN COELIS SVNT. Si dicta non sufficiunt;
Ephes. 2. 14. quid ad Ephesios scribat ponderate; IPSE EST PAX NOSTRA, QVI FECIT VTRAQVE VNVM, INIMICITIAS SOLVENS IN CARNE SVA, VT DVOS CONDAT IN B SEMETIPSO IN VNVM NOVVM HOMINEM FACIENS PACEM, RECONCILIANS AMBOS IN VNO CORPORE DEO PER CRVCEM (notate verbum, RECONCILIANS PER CRVCEM) INTERFICIENS INIMICITIAS IN SEMETIPSO: nunquam se gloriosiorem, quam in Cruce, Christus ostẽdit, inquit Augustinus: ATTENDE GLORIAM CRVCIS
August. in psal. 54. IPSIVS. IAM IN FRONTE REGVM CRVX ILLA FIXA EST, CVI INIMICI INSVLTARVNT. LIGNVM CRVCIS CONTV- C MELIIS DIGNVM VISVM EST INIMICIS; sed Christifidelibus Crux summæ gloriæ inseruit; ABSIT MIHI GLO-
Galat. 6. 14. RIARI NISI IN CRVCE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI; quę prius flagitiosorum supplicium erat; Christifidelium spes facta est; cæcutientium Dux, viatorum semita, diuitum frænum, pauperum, & egenorum solamen, omnium malorum remedium, contra nostros hostes victoria, Martyrum gloria, bono- D rum exercitatio, reproborum terror, febricitantium pharmacum, & mortuorum vita. Audite Habacuc
Cant. Habacuc. 3 Prophetam canentem de Cruce, & de pendente in illa: DEVS AB AVSTRO VENIET; id est à parte meridia-
August. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 22 na (inquit Augustinus,) in qua non solum fulget splẽdor veritatis; sed & feruor diuinæ charitatis: Adeo in terris Christi crux fulgebat, vt cœlos obtenebra-
Psal. 49 2. ret (inquit Habacuc:) OPERVIT COELOS GLORIA EIVS

LAV-

A LAVDIS EIVS PLENA EST TERRA ; quia A SOLIS ORTV VSQVE AD OCCASVM LAVDABILE NOMEN DOMINI : Addite Habacuc eò ſplendoris Crucem deueniſſe,vt ſolem imitaretur : SPLENDOR EIVS VT LVX ERIT . Sancta tamen Eccleſia crucem luce ſolem ſuperaſſe exclamat : O CRVX SPLENDIDIOR CVNCTIS ASTRIS : ſequitur Habacuc : CORNVA IN MANIBVS EIVS : Cornua crucis brachia ſunt : IN MANIBVS EIVS ; illius in ma-

Antiph. ad magnificat in feſto S. Crucis.

Cant. Habac. 3.

B nibus? Caue quæſo Habacuc,toto cœlo aberras: manus crucis brachijs clauis fixæ hærent,non vero crucis brachia Chriſti manibus , vt tu dicis : falleris ergo. Erras tu, replicat Habacuc: non enim crux Chriſti manus , ſed eius manus crucem vinciunt : Si etenim non ſponte de cruce penderet , vera equidem tua eſſet ſententia : ſed quia libenter , & ſponte immoratur in Cruce,mea non me fallit opinio: OBLATVS

Iſa. 53. 7.

C EST, QVIA IPSE VOLVIT : ſe cruci affixum nõ ſpõte immorari oſtendit ; ſed militare eſt ſtratagema , vt ſuos contra hoſtes accendat,hoc eſt in dæmonem,& mortem (qui præeuntes timebant) Ideoque debilitatem oſtendit : celatum tamen robur exiſtit ; Ibi, ABSCONDITA EST FORTITVDO EIVS : ANTE FACIEM EIVS IBIT MORS : ET EGREDIETVR DIABOLVS (qui exire trepidabat) ANTE FACIEM EIVS , cum ſequentibus . Fuit ergo

Cant. Habac. 3.

D regale vexillum Crux : VEXILLA REGIS PRODEVNT , FVLGET CRVCIS MYSTERIVM : Quinimò noſtri myſtici Salomonis currus triumphalis: Magnum Leonem audite:EXALTATO PER CRVCEM CHRISTO,NON ILLA TANTVM SPECIES ASPECTVI MENTIS OCCVRRAT , QVAE FVIT IN OCVLIS IMPIORVM ; ISTI ENIM NIHIL IN CRVCIFIXO DOMINO PRAETER FACINVS SVVM COGITARE POTVERVNT : NOSTER VERO INTELLECTVS , QVEM SPIRITVS VERITATIS ILLVMINAT, GLORIAM CRVCIS, CAELO, TER-

Hym. in feſto S. Crucis.

Leo I. ſer. 8 de paſſione Domini.

RAQVE RADIANTEM, PVRO AC LIBERO CORDE SVSCIPIAT, ET INTERIORI ACIE VIDEAT: Nunquam ſatis de Crucis laudibus. Dicam ſolum, nos ad exemplum Sponſi, debemus declinare, inclinare, & reclinare: declinare à malo; inclinare ad bonum; & reclinare in manibus Chriſti, vt ſimus ſecuri, & quieſcamus. Canticam proſequamur. A

COLVMNAS EIVS FECIT ARGENTEAS. Hæ quatuor ſunt virtutes cardinales: theologales namque aureæ exiſtunt. Chriſtus in cruce infinitam B
Rom. 11. reſerauit Sapientiam: O ALTITVDO DIVITIARVM SAPIENTIAE, ET SCIENTIAE DEI &c. Quod ad Epheſios de Chriſti charitate in cruce poſiti ſcribit Apoſtolus,
Epheſ. 3. 18. notate: VT POSSITIS COMPREHENDERE CVM OMNIBVS SANCTIS, QVAE SIT LATITVDO, LONGITVDO, SVBLIMITAS, ET PROFVNDVM (quæ quatuor ſunt crucis partes) SCIRE ETIAM SVPEREMINENTEM SCIENTIAE C CHARITATEM; In cruce enim Charitas Diuinæ Iuſtitiæ ſatisfecit; non ęqua tantum lance, ſed ſuperabun-
Rom. 5. 20. danter: VBI ABVNDAVIT DELICTVM, SVPERABVNDAVIT ET GRATIA: Inuincibilem etiam in tot tormentorum generibus perpeſſis fortitudinem oſtēdit: vnde Iſaias
Iſa. 53. 7. dixit: QVASI AGNVS CORAM TONDENTE SE OBMVTESCET, ET NON APERVIT OS SVVM. Temperantiam denique, cum vt ſitim extingueret, bibere recuſauit: D
Matt. 27. 34. CVM GVSTASSET NOLVIT BIBERE.

RECLINATORIVM AVREVM, ASCENSVM PVRPVREVM. Duo reclinatoria habuit Chriſtus: vnum in natiuitate, & vnum in morte. Primum in natiuitate reclinatorium eius fuit Præſepium: ET RE-
Luc. 2. 7. CLINAVIT EVM IN PRAESEPIO; & ſecundum in morte, reclinauit in Cruce. Hic difficultatem reperio: Dei filius, qui & homo eſt, confeſſus fuit ſe in terris lo-

cum

A cum non habere, neque vt bruta animalia: VVLPES FOVEAS HABENT, ET VOLVCRES COELI NIDOS; FILIVS AVTEM HOMINIS NON HABET VBI CAPVT SVVM RECLINET; & hic legitur: RECLINATORIVM AVREVM. Animaduertendum est, Dominum non negare se locum pro corpore non habere; sed solum pro capite. non dicit: Non habet vbi corpus suum reclinet; sed: VBI CAPVT SVVM RECLINET. RECLI- Matth. 8. 20

B NATORIVM, crux est, quæ corpori ad quiescendum inseruiuit; sed non Domini capiti: Ideo cum extremum efflauit spiritum, scribit Euangelista, caput cruci non amouisse; sed INCLINATO CAPITE TRADIDIT SPIRITVM, adeo vt quod dixerim veritate cōprobetur: Ergo benè procedit: ASCENSVM PVRPVREVM; Crux enim dicitur: ORNATA REGIS PVRPVRA, effusione sanguinis Christi. Obijciet aliquis; Ioan. 19. 30.

C Spiritum sanctum minutatim hunc crucis triumphantem currum describere, non vero ductorem manifestare. Atqui fallitur; MEDIA CHARITATE CONSTRAVIT PROPTER FILIAS IERVSALEM; propter dilectionem Dei, & proximi: Raptabat igitur amor. Plerique triumphantes currus artificialibus ignibus mouentur, vt Elię: nostri mystici Salomonis currus à diuino Amore subducitur; SIC DEVS DILE- Hym. ad vesp. in festo S. Crucis.

D XIT MVNDVM, VT FILIVM SVVM VNIGENITVM DARET. Terminemus discursum; PROPTER FILIAS IERVSALEM; Vt omnes immensam in humanum genus agnoscerent charitatem: quid non perpetrauit, vt Angelicas sedes compleret? Ideo omnes ad videndum blandè inuitantur. Ioan. 3. 16.

EGREDIMINI FILIÆ SION, ET VIDETE REGEM SALOMONEM IN DIADEMATE, QVO CORONAVIT ILLVM MATER SVA IN

P 2 DIE

DIE DESPONSATIONIS ILLIVS, ET IN DIE A
LÆTITIÆ CORDIS EIVS. EGREDIMINI FILIÆ SION &c. Cœli Ciues, iustorumque animæ inuitantur; illi à Paradiso ad egrediendum, hi corporalibus affectibus, Dei carne induti in genus humanum charitatis excessum respecturi, non stellis coronati, sed spinis amoris ineffabilis, in hominem propensi. QVO CORONAVIT ILLVM MATER SVA: Hoc est, Synagoga, iuxta Theodoreti, aliorũque expositionẽ. B
Ber. ser. in cap. 12. Ap. ant. med. Vel cum Bernardo; Beata Virgo, quæ carnem filio ad perpetiendum fuit elargita. Christus tres habuit coronas, carneam, spineam, & auream. Prima fuit miseriæ; secunda contumeliæ; tertia gloriæ. Prima coronauit eum Virgo mater; secunda, nouerca; tertia, cælestis Pater. Per primam nobis contulit consolationem, per secundam mouet nos ad compunctionem, per tertiam nos inuitat ad gloriam. Passionis diem, C
sponsalium, & sui cordis lætitiæ nuncupat, & cælebrat diem festum, voluptate nimia, qua illum pro hominibus pati exæstuabat; & quia illo in die redemptio humani generis expleta fuit, & mundi salus ab ipso diù concupita; eademque die nouo titulo se iunxit, & copulauit Ecclesiæ, dilectæ eius Sponsæ; Nam triplex est matrimonium; initiatum; perfectum, & consũmatum. Primum consistit in promissione, secun- D
dum in coniunctione, tertium in copulatione. Primũ factum fuit per Abraham mediante circuncisione, secundum per Moysem, mediante lege, tertium per
Gal. 4. 4. Christum mediante gratia, AT VBI VENIT PLENITVDO TEMPORIS &c. Matrimonium spirituale fuit initiatum in conceptione, perfectum in natiuitate, consummatum in cruce. Primum incipiente nocte, secundum media nocte, tertium clara in die: Ideo dicitur in

can-

A cantica, IN DIE &c. Triplex lætitia, carnis, cordis, & animæ. Prima de temporalibus damnosa, secunda de spiritualibus lucrosa, tertia de cælestibus gloriosa. EGREDIMINI IGITVR, ET VIDETE FILIÆ SION CHARITATEM QVAM CHRISTVS REX PACIFICVS HABET ERGA GENVS HVMANVM; scribit Bernardus. EGREDIMINI FILIÆ SION, mollibus dicam hominibus, & effeminatis, qui nec leue quid- Ber. ser. 30.
B quam pro Christo subire volunt; EGREDIMINI de sensu carnis ad intellectum mentis (scilicet à mundi voluptatibus) ET VIDETE REGEM SALOMONEM &c. Quid pro vobis perpessus fuerit diuinus Salomon respicite, erubescite, confundamini, vestrorumque iam pœniteat peccatorum, excidia vestra causantium. Egrediamur igitur nunc affectu de mundo, vt regrediamur anima, & postea corpore
C suo tempore ad cœlum cum Christo regnaturi in sæcula sæculorum Amen.



CAN-

CANTICI CANTICORVM

CAPVT IV.

1 
VAM pulchra es amica mea,
quam pulchra es! Oculi
tui columbarum, absque
eo quod intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges ca-
prarum, quæ ascenderunt
de monte Galaad.
2 Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascen-
derunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, &
sterilis non est inter eas.
3 Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium
tuum, dulce. Sicut fragmen mali punici, ita
genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet.
4 Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædifi-
cata est cum propugnaculis: mille clypei pen-
dent ex ea, omnis armatura fortium.
5 Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ ge-
melli, qui pascuntur in liliis. 6 Do-

6 Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ,& ad collem thuris.

7 Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

8 Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

9 Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum,& in vno crine colli tui.

10 Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa! pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.

11 Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua,& odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.


12 Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.

13 Emiſsiones tuæ Paradiſus malorũ punicorũ cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo.

14 Nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.

15 Fons hortorum: puteus aquarum viuentiũ, quæ fluunt impetu de Libano.

16 Surge aquilo, & veni auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. CAN-



CAPVT IV. CANTICAE.

QVAM PVLCHRA ES, AMICA MEA, QVAM PVLCHRA ES !



Anctus Spiritus , verba quibus A
satis superque Christi Humanitatem (quę prima est Sponsa) laudibus exornet, reperire non posse videtur, nec quid cui illã possit cõparare : Ideoque affectus excessu exclamat : QVAM PVLCHRA ES, AMICA MEA! QVAM PVLCHRA ES ; &c. Hæc repetitio est amoris B
confirmatio, & de Humanitate Christi optime intelligi
Psal.44.3. possunt, de quo legitur, SPECIOSVS FORMA PRAE FILIIS HOMINVM . Hæc quoque verba ad beatam Virginem referri possunt, secundariam Sponsam, de qua dicitur ; PVLCHRA ES ET DECORA FILIA IERVSALEM, & alibi ; SPECIOSA FACTA ES ; corpore, & anima venustam, per contemplatiuam vitam, & actiuam, per Dei, & proximi amorem. Vel cælestis Sponsi verba esse di- C
camus , prægrandi ab affectu erumpentia in dilectæ Ecclesiæ eius Sponsæ panegyrim, indicando internam & externam pulchritudinem Ecclesię, bis Christi sanguine ablutæ, & baptismali vnda. Iuxta Sanctorum Patrum

A Patrum communem expositionem, felicissimus Ecclesiæ status vniuersaliter iisdem verbis designatur; & particulariter, sub Constantini Imperio; formosa, duplicique venustate tunc erat cuncta Ecclesia per corporis, & animæ pacem, qua perfruebatur, adeo vt de charitate eorum in Actis Apostolorum legatur; MVLTITVDINIS AVTEM CREDENTIVM COR VNVM, ET ANIMA VNA, ET OMNIA ILLIS ERANT COMMVNIA. Act. 4. 32.

B Ni contra tot Patrum sententiã me inuehere, temeritatem existimarem, hisce in verbis dicerem potius, primitiuæ Ecclesiæ statum a Tyrannis insequutæ describi; tunc enim Ecclesia floret, cum pro Christo persequutiones subit; non vero cum sibi patiendi tollitur occasio. In meę opinionis fundamentum dicere possem, sanctam Ecclesiam sacris in paginis vineæ comparari: HOMO QVIDAM PLANTAVIT VINEAM. Matt. 21. 33

C Iuxta communem sententiam; hæc vinea Ecclesia est, cuius caput est Christus, qui dixit; EGO SVM VITIS VERA, VOS PALMITES. Ita Isaias explanat: VINEA DOMINI EXERCITVVM, DOMVS ISRAEL EST: quę tunc Synagoga erat, nunc verò temporis Ecclesia: hæc à Christo Domino, grano in agro sato comparatur: EXIT QVI SEMINAT SEMINARE SEMEN SVVM; Dei verbũ frumentum est, eiusque fideles, hoc eodem nomine à Ioan. 15. 1. Isa. 5. 7. Luc. 8. 5.

D Christo nuncupati: TRITICVM AVTEM CONGREGATE IN HORREVM MEVM; se talem Martyr Ignatius extare fassus est; Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Ouili demum sancta Ecclesia assimilatur, cui Christus præest Pastor: EGO SVM PASTOR BONVS &c. ET, ALIAS OVES HABEO, QVAE NON SVNT EX HOC OVILI, idemmet Christus dixit, concludens in fine: ERIT VNVM OVILE, ET VNVS PASTOR. Hęc inter nos quæso parumper discu- Matt. 13. 30 Ioan. 10. 16.

tiamus. Si Ecclesia vineæ comparatur: vineæ vitumque beneficium haud est, cum solutę pænè dixerim lasciuiunt; sed cum & ligantur, ac illacrymari coguntur; hoc modo conseruatur vinea, fructumque reddit, alias extirpatur. Si vineę ergo similis est Ecclesia; persequi, alligari, & cædi, illius in bonũ consurget. Quod si tritici agrum accipimus, illique Ecclesiam cõparamus; vt fructus reddat, aratro infringere necesse est, qui quo magis ferro scinditur, eo magis duplum restituit fructum; consequentiam nunc extrahite, magnumque Leonem audite: NON MINVITVR PERSECVTIONIBVS ECCLESIA, SED AVGETVR: ET SEMPER DOMINICVS AGER DITIORI SEGETE VESTITVR, DVM GRANA, QVAE SINGVLA CADVNT, MVLTIPLICATA NASCVNTVR. Tunc Ecclesia fœta est, & abundat, ait Tertulianus; cum persecutionibus vexatur: SANGVIS MARTYRVM, inquit ipse, SEMEN EST CHRISTIANORVM: Christum Iesum libeat audire NISI GRANVM FRVMENTI CADENS IN TERRAM MORTVVM FVERIT, IPSVM SOLVM MANET: SI AVTEM MORTVVM FVERIT, MVLTVM FRVCTVM AFFERT.

A B C

Leo. Serm. 1. in Nat. Apost. Petri, & Pauli.

Ioan. 12. 24.

Si demum ouile assumimus, cum in ouili, matrum filiorumque balatus multus aures non pertingit, ouile vacuum esse, neminem latet; quia cum plures sunt fætus; eò magis hœdorum matrumque balatus aures occupant. Ad rem nostram. Si ouili Ecclesia similis D est, & tunc fœcundius ouile dicitur: cum magis balatibus abundat, qui questui, & luctui assimilantur; tunc ergo Ecclesia ditior erit, cùm lamentationibus & lacrymis abundabit. In voluptatibus, consolationibus, ac corporalibus felicitatibus, spiritus feruor, & in proximum charitas minuitur; facileque Dei obliuiscimur; in persecutionibus verò, & vexationibus, ad Deum, qui nobis presto est, accurrimus: CVM IPSO

Psal. 90. 15.

SVM

A SVM IN TRIBVLATIONE. Dealbatur demum Ecclesia sanguinis effusione venarum, & cordis, quæ lacrymæ sunt. Plerosque beatorum vidit Ioannes, albis indutos vestibus, & quinam essent sciscitatus est: HI QVI AMICTI SVNT STOLIS ALBIS, QVI SVNT, ET VNDE VENERVNT? responsum fuit: HI SVNT, QVI VENERVNT DE TRIBVLATIONE MAGNA, ET LAVERVNT STOLAS SVAS, ET DEALBAVERVNT EAS IN SANGVINE AGNI; Apoc. 7.14.

B Sãguis ergo dealbat? Christi Domini purissimus sanguis hoc facit. Quilibet hãc testatur Sacerdos veritaté, cũ se celebraturus sacris exornat vestibus: DEALBA ME DOMINE, MVNDA COR MEVM, VT IN SANGVINE AGNI DEALBATVS GAVDIIS PERFRVAR SEMPITERNIS; Si ergo sanguis dealbat, vt Ecclesiã niueã, venustamque reddat, sanguiné ab illa effundi necesse est, vno verbo: Nostra Ecclesia militans nuncupatur, quia dimicat,

C dimicabit, & vt dimicet opus est. Præsens vita assidua est manuum consertio: MILITIA EST VITA HOMINI SVPER TERRAM; illius progressus non in quiete, sed in prælio consistunt: NON CORONABITVR NISI QVI LEGITIME CERTAVERIT; Si res ita se habet, vos consequens extraite. Sileo ego. Ast incepta prosequamur. Iob. 7. 1. 2. Tim. 2. 5.

OCVLI TVI COLVMBARVM, ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS LATET. Christi fide-

D les medio Baptismate, membra eiusdem fiunt, per Apostoli doctrinam: SICVT ENIM IN VNO CORPORE MVLTA MEMBRA HABEMVS, OMNIA AVTEM MEMBRA NON EVNDEM ACTVM HABENT; ITA MVLTI VNVM CORPVS SVMVS IN CHRISTO, SINGVLI AVTEM ALTER ALTERIVS MEMBRA. Idem ad Corinthios scribẽs asserit. Vt enim naturali in corpore vnum mẽbrum reliquorum opis indiget ad sui conseruationem, & vnum ægrotans omnes in publicum adiuuant beneficiũ, pari Rom. 12. 4. 1. Cor. 12. 12.

Q 2 modo

modo in Christi mystico corpore se res habet; vnus A
oculorum munere, capillorum alter, dentium ille, oris
hic, labiorum alter, colli alius, mamillarum ille,
manuum iste, ventris hic, pedum ille perfunguntur,
quæ omnia in vnum collecta, Christi misticum corpus
venustissimum efficiunt. Oculi, si magni Leonis
dictis acquiescimus, Apostoli sunt præcipueque
Leo ser. 1. in Nat. Apost. Petri, & Pauli. Petrus, & Paulus: en Sancti verba. VT EOS IN CORPORE, CVI CAPVT EST CHRISTVS, QVASI GEMINVM B
CONSTITVERIT LVMEN OCVLORVM; quilibet pro se
Psal. 16. 8. Sacerdos exorat: CVSTODI ME DOMINE, VT PVPILLAM
OCVLI; & Dominus de illis hæc habet: QVI TANGIT
Zac. 2. 8. VOS, TANGIT PVPILLAM OCVLI MEI; Si Christi Sacerdotes
Dei sunt oculi, quanto magis Apostoli? Columbis
Christus Apostolos comparauit, auibus simplicibus,
mundis, fœcundis, familiaribus, sine felle in
Matt. 10. 16 petra nidificātibus: ESTOTE PRVDENTES SICVT SERPENTES, C
ET SIMPLICES SICVT COLVMBAE. OCVLI TVI COLVMBARVM:
hęc verba historica & prophetica sūt.
Oculi lugent, colūbę cantant, sed eorū cantus gemitibus
assimilatur, & indicat Apostolos mortē Domini
lugētes, & simul eius decātātes resurrectionem, iuxta
Ioan. 16. 20 prophetiā ipsius Domini: TRISTITIA VESTRA VERTETVR
IN GAVDIVM: vnde Apostolorū nomine Isaias prophe-
Isa. 59. 11. ta loquēs scribit: QVASI COLVMBAE MEDITANTES GEMI- D
MVS: Quid de se, ceterisq; cōsocijs apostolus Paulus dicat,
audite: NOS IPSI PRIMITIAS SPIRITVS HABENTES, ET
Rom. 8. 23. IPSI INTRA NOS GEMIMVS. Si Apostoli oculi sūt, & colūbę;
colūbarū ergo sūt lumina, impura quæque puritate,
& malitias absq; malo cernentia. Apostoli simul erāt
oculi, & columbæ pacificę: in ipsis simplicitas sine fictione,
prudentia sine malignitate, doctrina sine iactātia,
veritas sine vanitate, & bonitas sine felle. Oculi
in ca-

A in capite fixi hærent, vident, & pro toto corpore præuident, illiusque formosior extat pars. OCVLI TVI COLVMBARVM; gementium simul, & cantantium, COLVMBARVM, non Coruorum sunt oculi; fætidas inspectantes carnes: non vt rapiant, inuideant, & malignentur, vident; sed vt lugeant, & compatiantur proximo: hoc facere debent Præsules, qui Apostolorum locum obtinent, inuigilare, QVASI RATIO- Heb. 13. 12.
B NEM REDDITVRI PRO ANIMABVS VESTRIS; respicere debent; sed non immunditijs se inquinare; quælibet puritate oculi ad instar, non materialiter, sed spiritualiter inspectare, iuxta Christi dictum; SI OCVLVS Matth 6. 22.
TVVS SIMPLEX FVERIT, TOTVM CORPVS TVVM LVCIDVM ERIT: SI AVTEM FVERIT NEQVAM, TOTVM CORPVS TVVM TENEBROSVM ERIT: nam qualis intentio, talis est actio. ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS
C LATET; quod ipsorum cor erat à Deo solum inspectatum; vel quia columbæ carent vsu rationis, quem Apostoli seruabant: externus non sufficit actus, bonitas requiritur interna: cum scriptum sit de anima fideli: OMNIS GLORIA EIVS FILIAE REGIS AB INTVS. Psal. 44. 14.

CAPILLI TVI SICVT GREGES CAPRARVM, QVÆ ASCENDERVNT DE MONTE GALAAD. Christi mystici corporis oculi sunt Apostoli, vt supra
D ponderauimus: Capilli discipuli Domini, & imitatores Christi, qui sequuntur Pastorem humiliter, & gregatim incedentes, & fraternā diligentes concordiā; singulariter autem intelliguntur Martyres; capilli nāque immediate à capite emanant, illique hærent, & circumscpiunt, se se diuersos in ambitus extendentes ad capitis ornatum, & defensionem; in se vili ducuntur, & quasi superflui reputantur: abscinduntur sine querela, & querimonia; quo magis amputantur, eo

cre-

crescunt magis. Tales erant Christi Martyres; in Dei amore succensi. Obijciet aliquis: super capitis verticem capilli resident; sed super Christum Martyres non manent: capillis ergo assimilandi non sunt. Per Christi sententiam, hominum Seraphim A

Ioan. 15. 13. Martyres sunt. MAIOREM CHARITATEM NEMO HABET, VT ANIMAM SVAM PONAT QVIS PRO AMICIS SVIS: non-

Is. 6. 2. ne Seraphim super Thronum Dei sunt? SERAPHIM SVPER ILLVD; Benè ergo procedit. Martyres, in se humiles, comparantur Capreis animalibus cæterorum respectu vilioribus, mundis, simplicibus fæcundis, proximo vtilibus, & ad sacrificiũ idoneis: capreis insuper Martyres assimilãtur, quia per humilitatẽ, caprearum pellibus induebãtur; vt capreæ per montes, & saltus, errabant in antra, speluncas (vt scribit Apostolus) se- B

Heb. 11. 37. cedebãt: CIRCVIERVNT IN MELOTIS IN PELLIBVS CAPRINIS, IN SOLITVDINIBVS ERRANTES, IN MONTIBVS, ET SPELVNCIS, ET IN CAVERNIS TERRAE: pericula capreas nõ terrẽt; sed sponte precipitijs, quæ ipsis mortẽ minitantur, occurrunt; ita se Martyres gerebant, & demũ insontes, vt capreæ, ad cædem ducebantur: LAPIDATI C

Heb. 11. SVNT, SECTI SVNT, TENTATI SVNT IN OCCISIONE GLADII MORTVI SVNT, Christi fidem testaturi: quod GALAAD verbum importat, & idem est, ac aceruus Testimonij. Quod me terret litteralis sensus non est; sed D sequens grammaticàlis: QVÆ ASCENDERVNT DE MONTE GALAAD. Hæc propositio, DE, non bene se habet in sensu grammaticali cum verbo ASCENDERE; iuxta enim Grãmaticorum regulas verbo ASCENDERE præpositio, AD, iungitur, non vero, DE, Carcis pallescant, & insudent Grammatici; Spiritus enim sanctus præceptorum Grãmaticæ præceptori supereminet, nec illorum subiacet regulis, quia ipsismet regulis

A gulis imponit præcepta: IPSE DIXIT, dicit, dicendũ est & dici imperat: QVÆ ASCENDERVNT DE MONTE, & non, ad montem; & quidquid errorem reputant ipsi, mysterium est, innuens vnitos charitate simul descendere, & ascendere, & se se humiliantes ad sydera vsque attollere; & cũ de monte corpore descendebant, ad Deũ spiritu ascendebant: Humilitate media non ne mortalis quisquis ad Cœlum ascendit?

*Ad instar scalæ quam vidit Iacob, per quã Angeli, idest iusti ascendebãt ad contemplationem Dei, & simul descendebant ad propriam cognitionem. Gen. 28. 12.

B bene ergo se res habet. Christum suos roboraturum Discipulos ne morte formidarẽt, de capillis mẽtionẽ facere pluribus in locis comperio: hæc in Luca, & Matthęo legimus: DICO AVTEM VOBIS AMICIS MEIS: NE TERREAMINI AB HIS, QVI OCCIDVNT CORPVS &c. CAPILLI CAPITIS VESTRI OMNES NVMERATI SVNT; NOLITE ERGO TIMERE: Consequentiam notate: NOLITE ERGO TIMERE, & alibi certiores illos reddens de per-

Luc. 12. n. 4. 7.
Matth. 10. 28. 30.

C secutionibus, & calamitatibus, quas non ab hostibus; sed ab amicis, & proximioribus parentibus erant reportaturi, dixit: TRADEMINI AVTEM A PARENTIBVS, ET FRATRIBVS, ET COGNATIS, ET AMICIS, ET MORTE AFFICIENT EX VOBIS, ET ERITIS ODIO OMNIBVS PROPTER NOMEN MEVM; & concludit: ET CAPILLVS DE CAPITE VESTRO NON PERIBIT. Quid Dei infinita sapiẽtia vult innuere, suos charos animatura discipulos, ne perse-

Luc. 21. 18

D quutiones, & ipsam cædem expauescerẽt, illis memoriam capillorum renouando? CAPILLI CAPITIS VESTRI OMNES NVMERATI SVNT, NOLITE ERGO TIMERE: Me simpliciter expediam, omnium prudentię subijciens: CAPILLI CAPITIS VESTRI &c. en illud CAPITIS VESTRI æquiuocum nomen est, & de Christo intelligi potest eorum capite, cuius ipsi capilli erant, quo ferè dicere videtur: Si capitis (quod Christus est) capillorum in numero adscribi exoptatis, illi vos assimilare necesse

Matt. 10. 30

cesse est, strenuos nempe vos ostendere, fortesque animo, vt huius capitis digni capilli videamini, mortem non formidantis, ast illi occurrentis, censeamini; Ideoque si illius verè capilli extatis: NOLITE ERGO TIMERE. Quod si de eorumdem proprijs capitis capillis intelligere volumus, benè quoque procedet; quod subsequens importat: nempe, si Deus tanto vos prosequitur amore, vt vestri capitis, vel vnius capilli curam gerat, qui nihil est, & nihili ęstimatur; quanta de corpore vestro, & anima sollicitudine premetur? NOLITE ERGO TIMERE: persecutiones scilicet, nam nec homines mali, nec Diabolus ipse, contra nos aliquid possunt sine Dei permissione: obseruate potestatem, quam diabolus volebat sibi dari supra Iob, manum Domini vocauit, non suam: MITTE MANVM TVAM &c. sic ipsemet Iob confessus est, MANVS DOMINI TETIGIT ME, non manus diaboli. Malum velle possunt, facere non possunt; nisi permittatur à Deo ad probationem, & meritum iustorum. NOLITE ERGO TIMERE; recedat igitur à vobis timor sęculi, & accedat amor Dei. Prosequitur Cantica: QVÆ ASCENDERVNT DE MONTE GALAAD. Galaad mons erat arboribus, fructibusque abundās, iuxta expositorum dictū, & palmis sigillatim; quæ martyribus debentur; Eliæ, Dei honorem summopere custodientis: nec quicquam illius ob amorem reformidantis, mortem vero exoptantis, mons erat: PETIVIT ANIMAE SVAE, VT MORERETVR.

A

B

C

D

3. Reg. 19. 4.

DENTES TVI SICVT GREGES TONSARVM, QVÆ ASCENDERVNT DE LAVACRO, OMNES GEMELLIS FOETIBVS, ET STERILIS NON EST INTER EAS: post martires sequitur DD. & Predicatores, huius mystici corporis dętes: hi debēt esse SICVT GRE-

A GREGES TONSARVM, id eſt pacifici, & humiles: TONSARVM, quia prius ſubiacere debent rigoroſo examini; & cùm ſint oues Chriſti, parere debent gemellos fętus, id eſt facere,& docere, vt ipſemet Chriſtus. Dentibus comparantur,quia verbi Dei cibum frangunt, & mandunt ad totius corporis beneficium, ne dici poſſit: PARVVLI PETIERVNT PANEM ET NON ERAT QVI FRANGERET EIS. Cum dentes ſint, Act. Apoſt. 1. 1. Thren. 4. 4.
B cordis duritiem debent infringere,& ſacræ Scripturæ difficultates explanare: non vero Proximum dilacerare. Dicuntur GREGES TONSARVM, propter pacem, humilitatem, copiam, & abundantiam lactis ſpiritualis,à quibus auferuntur ſuperflua,propter vtilitatem propriam, & alienam,inquit Bernardus. Dētes primam faciunt digeſtionem: Dentes eſſe debent; ouibus tamen ſimiles, mundis, inſontibus, pacificis; Ber. in Cāt.
C humilibus, & fœcundis: QVÆ ASCENDERVNT DE LAVACRO, Baptiſmi ſcilicet, pœnitentiæ, & opera charitatis exercendo; nam CHARITAS OPERIT MVLTITVDINEM PECCATORVM; debent enim prius lauari ſe, antequam alios doceant, vel prædicent. At ſi dentes ſunt, quonam pacto ouibus aſſimilari poſſunt? Dentes fortes ſunt, oues debiles. Fortes vnà, ac debiles, reſpondeo eſſe debere: in Deo fortes,debiles, 1. Petri 4. 8.
D hoc eſt ſibi ipſis nil penitus fidentes; manſuetudine quaſcunque exuperantes difficultates. OMNES GEMELLIS FOETIBVS, ET STERILIS NON EST INTER EAS. Omnes eorum fœtus duplices eſſe debent; hoc eſt, quidquid edocent actu comprobare, prius facere, & poſtea docere verbo,& exemplo: hoc illis in intentione ſeruandum, Dei videlicet honor, & proximi vtilitas; hic, quę de lauacro aſcenderunt afferre oblitus ſum: hoc eſt de Baptiſmate; opus eſ-

ſet (ſi poſſibile) vt baptiſmalem ſeruarent innocentiam : Vti dentes , ſic etiam oues , non ad ſuum ; ſed alienum beneficium progenita videntur . Sex dentes conditiones habere debent (indicabo ſolum) primam albedinem ; ſecundam fortitudinem ; tertiam carnis carentiam ; quartam, vt à labijs ne videantur (præterquam cum ad loquelam inſeruiunt) claudantur: quintam, quemlibet in totius corporis beneficium cibum mandere debent : ſextam ne , dolor ſit illi ſimilis , quem ipſi perpatiuntur, in proximi commiſerationem; QVIS INFIRMATVR , ET EGO NON INFIRMOR ? inquit Apoſtolus . A B

2. Cor. 11. 29.

SICVT VITTA COCCINEA LABIA TVA , ET ELOQVIVM TVVM DVLCE. LABIA , Hi Confeſſores ſunt, qui charitatis vittæ coccineę obligationem confeſſionis ſigillo iungunt. Illibatę Sponſæ , ob Dei amorem clauſum os erat , & alligatum , ſilentiũ obſeruabat; hìc mihi ſe ſe in detractores malignos inuectiuam conſtruendi occaſio repræſentat ; Quam tamen prætermitto; Omnes diligendi ſunt , de omnibus bene merendum ; hæc illibata Sponſa ſeruabat : ET ELOQVIVM TVVM DVLCE. Confeſsores placidi præcipuè eſse debent , commiſerantes , & charitate feruidi ; illorum verba ſuauia , & dulcia ; non verò aſpera , & dura : ET ELOQVIVM TVVM DVLCE ; QVAM DVLCIA FAVCIBVS MEIS ELOQVIA TVA , SVPER MEL ORI MEO ! Corrigere debent (vt docet Apoſtolus) IN SPIRITV LENITATIS . C D

Pſalm. 118. 103.

Galat. 6. 1

SICVT FRAGMEN MALI PVNICI , ITA GENÆ TVÆ ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS LATET . Hoc mali punici infracti myſtico translato, & genarum pro virginibus acceptarum, in quibus , vtpotè tam in genis , quàm in cæteris corporis parti-

A partibus, venustas relucent, verecundia, & modestia.
Malo punico Virgines similes sunt : semet ob Dei
amorem frangunt , cum longum virginitas sit mar-
tyrium , vt scribit sanctus Ambrosius . NON ENIM Ambr. lib. 1.
LAVDABILIS VIRGINITAS , QVIA IN MARTYRIBVS RE- de virginib.
PERITVR ; SED QVIA IPSA MARTYRES FACIAT . Huius
mystici corporis Virgines genæ sunt, in capite collo-
catæ, Christi scilicet eorum Spon si: nullum alium de-
bent habere motum, quam eiusd emmet capitis, quod
B semper præ oculis habent, & mente ferunt : MVLIER 1. Cor. 7: 34.
INNVPTA , ET VIRGO COGITAT QVAE DOMINI SVNT,
VT SIT SANCTA CORPORE , ET SPIRITV : hoc sem-
per insequuntur . Sanctus Ioannes sonitus , & cantus
dulcem audijt armoniam , & quid esset , sciscitatus
est , cui responsum fuit : HI SVNT , QVI CVM MV- Apoc. 14. 4.
LIERIBVS NON SVNT COINQVINATI , VIRGINES ENIM
SVNT : HI SEQVVNTVR AGNVM QVOCVNQVE IERIT ;
C ita de illis sancta Ecclesia canit : QVOCVNQVE TEN-
DIS (de Christo loquitur) VIRGINES SEQVVNTVR . Hymn. virg. Antiph. ad
Corporis pars venustior genæ sunt , & de virginibus vesperas.
dicitur : QVAM PVLCHRA EST CASTA GENERATIO
CVM CLARITATE ! hæ sicut fragmen mali punici , ni-
ueę , & rubicundę : FRAGMEN , coronæ nescio
quid seruat: & Virgines aureolam, quę parua est co-
rona, & de illis dicitur : VENI SPONSA CHRISTI , AC- Respons. 7.
D CIPE CORONAM &c. Corona fortitudinis , victoriæ in festo S.
signum est , sanctitatis, honoris , & gloriæ : CORO- Clementis.
NA AVREA SVPER CAPVT EIVS , EXPRESSA SIGNO SAN- Ecclesiastic.
CTITATIS, GLORIA , HONORIS , ET OPVS FORTITV- 45. 14.
DINIS . Ast quid dicemus ? genæ pars corporis ne-
mini prorsus occulta ; sed omnibus visibilis ; Atta-
men virgines recedere debent ab humanis oculis, ab
aspectu se se celando hominum . ita plane se res ha-

 bet ,

bet, hominibus se tegere, & occultare; Deo detegere, & manifestare: virginitatem, vt ab hominibus laudibus afficiantur, conseruare non debent; sed solum, vt Deo placeant, inquit Diuus Gregorius: GLORIAM SVAM NON IN ORE HOMINVM PONVNT; SED INTRA CONSCIENTIAM CONTEGVNT, à Deo tantummodo inspectatæ. Ideoque sequitur Cantica: ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS LATET, rectum videlicet cor, eorum & sincerum, soli Deo inspectum. A B

Greg. in hô. 12. in Euág.

SICVT TVRRIS DAVID COLLVM TVVM, QVÆ ÆDIFICATA EST CVM PROPVGNACVLIS; MILLE CLYPEI PENDENT EX EA, OMNIS ARMATVRA FORTIVM. Ephesijs scribens Apostolus; hanc illos docuit veritatem: CAPVT ECCLESIAE CHRISTVS, CAPVT AVTEM CHRISTI DEVS. hoc ab exordio sese mihi amplum per analogiam pararet ostium, quo gratias, priuilegia, & singulares prærogatiuas, quibus beata Virgo, vt huius mystici corporis collum, hoc est, prima sub capite, perfruitur, possem referare: DECVIT VIRGINEM EA PVRITATE NITERE, QVA MAIOR SVB DEO NEQVIT INTELLIGI (inquit Anselmus) à quò non vnio tantum capitis cum corpore per ipsam facta; verum etiã influxuum vniuersitas, in sanctæ Ecclesię membra comprobatur: à capite namque per collum, animales spiritus membris communicantur, & à membris ad caput, vitales spiritus ascendunt, vt scribit Galenus. Nostram ad rem: Nullus gratię effectus à capite ad membra descendit, qui per Virginis manus non pertranseat, vt cibus, & spiritus per collum. hinc dixit Bernardus: TOTVM NOS HABERE VOLVIT PER MARIAM: per Virginem Diuinum Verbum corporalem C D

Eph. 5. 23.

Ans. de con. cept. Virg. cap. 18.

Galen. de vsu partium lib. 8.

Bern. ser. 3. de Annunc. Dom.

A ralem induit ſubſtantiam, cum paſſionibus humanis ob noſtrum aſſumptis amorem; & receperunt, & quotidie recipiunt ſanctæ Eccleſiæ membra Diuini ordinis qualitates, Apoſtolici Principis verbis verificatis: VT PER HAEC EFFICIAMINI DIVINAE CONSORTES NATVRAE. Ad reſpirationem quoque collum inſeruit, qua cordis calor temperatur, quo ablato vitam degere non poſſumus. Per Virginem B noſtra quęlibet pertranſit reſpiratio ſpiritualis, per illam cæleſtes gratias à Domino recipimus, & per ipſam quoque debitas referimus gratias. Demum caput collum ſuſtinet, & inſeruit, vociſque organum extat: muta ſunt animalia, quibus collum deeſt, inquit Galenus. Ad quid noſtrę ſine illa preces inſeruirent? Hoc ab epitheto, quantum beata Virgo per meritum valeat, exemplum, & interceſſionem C poſſumus conſiderare. Et hoc pro colli, quod ſubiectum eſt, metaphora ſufficiat: ad prędicatum, nempe Turrim Dauid, procedamus.

2 Petri 1.4.

Galen de vſu partium lib. 8. cap. 1.

COLLVM TVVM SICVT TVRRIS DAVID, QVÆ ÆDIFICATA EST &c. In Turri eminentia, fortitudo, & pulchritudo obſeruantur: Mariæ eminentia longe cęteris Sanctis antecellit, adeo vt huius Turris fundamenta cæterorum Sanctorum culmi-D nibus ſuperemineant: FVNDAMENTA EIVS IN MONTIBVS SANCTIS, de illa dixit Propheta; cuius ſummitas in infinitum fere quamlibet puram trāſcēdit creaturam, cum Dei ſit mater, iuxta Angelici doctrinam; BEATA VIRGO EX HOC QVOD EST MATER DEI, HABET QVANDAM DIGNITATEM INFINITAM &c. Dauid turris, Virgo dicitur, quia de Dauid procedit: LIBER GENERATIONIS IESV CHRISTI FILII DAVID &c. & vt Dauid Turris à ſancta Eccleſia inuocatur: TVRRIS DAVIDICA:

Pſal. 86.

S. Tho. par, pr. q. 25. art. 6. ad 4.

Matth. 1. 1.

CA: Strenuus,& inuictus Dux Dauid fuit: Arx quam A
incolebat, vt in secundo Regum legitur, vndequaque fortissima erat: HABITAVIT AVTEM DAVID IN
2.Reg. 5.9. ARCE, ET VOCAVIT EAM CIVITATEM DAVID, ET AEDIFICAVIT PER GYRVM; paruam construxit ciuitatem, cuius in medio turris exurgebat vniuerso prædominãs ædificio, vtpote collum, super pulcherrimi corporis humeros, præsidens. Insuper Dauid peccatorem fuisse animaduerto. Turris igitur Dauid, Peccato- B
rum refugium, & asylum extabat, & Virgo nonne REFVGIVM PECCATORVM nuncupatur?

QVÆ ÆDIFICATA EST CVM PROPVGNACVLIS.: MILLE CLYPEI PENDENT EX EA. His melius, & distinctius verbis, Turris conditiones, & qualitates declarantur, quę magno ædificata erat iudicio, miræ simul pulchritudinis,& fortitudinis architectura. Per Turrim pulchritudo, fortitudo, per se C
saluandos ad illam confugientes; nullatenus enim ab hostibus lædi poterant, cum turris propugnaculis cingeretur, & quolibet armoram genere muniretur. MILLE CLYPEI PENDENT EX EA; adeo vt in illa immorãtes, hostes illuderent, cum illuc nec arma, nec tela, quę illuc possent penetrare, minimè reperirentur. OMNIS ARMATVRA FORTIVM: Mariæ pulchritudo mira est, & secum ad se recur- D
rentium securitatem portat: illam tantummodo respicere sufficit, vt hostis profligetur, & terreatur. TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA. Virginem arcem fuisse Cœlum expugnaturã, asserere possemus; REGNVM COELORVM VIM PATI-
Matt.11.12 TVR, ET VIOLENTI RAPIVNT ILLVD: Clypeis circũseptã, vt Cœli à fulminibus deuotos suos tutetur; MILLE CLYPEI PENDENT EX EA. Clypeus in ordine

A ordine ſpirituali Corona quoque dicitur. SCVTO BONAE VOLVNTATIS TVAE CORONASTI NOS; Ideoque Sancti in capite clypeum ferentes pinguntur, qui in Terris ad pugnam prius, poſtea in Cœlis coronaturus, inſeruit. Sed vt Dei matrem vobis Turrim eſſe oſtendam, nec aggreſſiones, nec tartara reformidantem, quaſi per tranſitum de hæreſum bombardis fruſtra emiſſis, verba faciam. Hæreſis ſuæ ſclopum in *Pſal. 5, 13.*
B Virginis Filium cum Patre confundens emiſit Sabellius; Virgo, Patris haud mater eſt; ſed ſolum Filij; Ergo diſtinguuntur. In Chriſto Diuinitatem Arius negauit; Maria Dei eſt mater; Chriſtus ergo Deus erat. Eccleſiam intonantem: QVI CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO, NATVS EX MARIA VIRGINE, audiens Macedonius dolore, rabieque diſcerpitur; dum Virginem Dei matrem teſtamur, & fatemur; non vero
C Diuinitatis. Vno Verbo, Maria Turris, in qua, & ſuper quam Conciliorum anathematiſmata, definitiones, & catholicæ fidei dogmata perfectiſſimæ temperaturę arma, infernis machinis reſiſtentia, conſtruũtur, vt de illa ſancta canat Eccleſia: GAVDE MARIA VIRGO: CVNCTAS HAERESES SOLA INTEREMISTI IN VNIVERSO MVNDO: Turrim publicum in beneficium conſtrui, neminem præterit; pari modo de Virgine poſſu- *Antiph. 3. noct. in off. B. V.*
D mus affirmare.

DVO VBERA TVA SICVT DVO HINNVLI CAPREÆ GEMELLI, QVI PASCVNTVR IN LILIIS. Duo vbera ſponſi, duo ſunt Teſtamenta; & duo hinnuli capreæ, populus Hebraicus, & Gentilis, qui poſſunt impleri cæleſti lacte ſpiritualis doctrinæ, contento in duo Teſtamenta. Vel duo vbera Sponſi, eius Humanitas, & Diuinitas: nam plerique dicta verba Sponſæ eſſe in Sponſi laudem prolata aſſerunt,

vt in

vt in primi capitis exordio. MELIORA SVNT V- A
BERA TVA VINO. Duo ſunt vbera Sponſi, longanimitas, & clementia: hæc duo vbera dicuntur, quia adhuc paruulis in Chriſto lac præbent; aliquã- do Deus peccatoribus lac lõganimitatis præbet, illos expectando ad pœnitentiam; de qua dicit Apoſtolus:
Rom 2. 4. AN DIVITIAS BONITATIS EIVS, ET LONGANIMITATIS CONTEMNITIS? Dat inſuper lac clementiæ, benignè recipiendo pœnitentem: vnde dicit Propheta Ioel: B
Ioel: 2. DERELINQVAT IMPIVS VIAM SVAM; ET VIR INIQVVS COGITATIONES SVAS: ET REVERTATVR AD DOMINVM, ET MISEREBITVR EIVS. Bene ſe habet ſimilitudo in illo loco. Dicet aliquis, quia tam lac, quam vinum potatur, & vtrumque ſitim extinguit; aſt hic, vbera lac præbent, & hœdi ſumunt, non dant; Ergo non ſunt ſimilia. Reſponderi hic poſſet, Deum ſe vt benignam genitricem erga nos oſtendere, quando præſentis vitæ C
nobis bona elargitur, vt etiam cum aufert: En vbera hœdis ſimilia. Temporalia bona mammillis aſſimilari, Iob teſtatur, qui ſibi Deum, ſicuti Dominum præſentis vitæ bona fuiſſe elargitum, & vt talem abſtuliſſe etiam fatetur: DOMINVS DEDIT (non dixit
Iob 1. 21. diabolus abſtulit) DOMINVS ABSTVLIT; declarat inſuper, quod bona auferendo Dominus, ab vberibus
Iob 10. 10. lac extraxerat: NON NE SICVT LAC MVLSISTI ME? bo- D
na ergo præſentia, lactis ſunt vbera, beneque ſe res habet. Multi, hæc ad beatam Virginem verba re-
Rup. Abb, ferunt, cuius vbera hœdis aſſimilabantur, quia vir-
Ricc. de S. gineum, quo filium alebat lac, à Cœlo recipiebat:
Vict. SOLA VIRGO LACTABAT VBERE DE COELO PLENO, & ſic
Bern. Bed. lib. 4. cap. hœdis vbera comparabantur: QVI PASCVNTVR
49. IN LILIIS, ſummæ puritatis; Communis tamen opi-
Eccl. in off. circ. Dom. nio eſt, Sponſi verba eſſe in Eccleſiæ laudem prolata.

DVO

A DVO VBERA TVA, SICVT DVO HINNVLI CAPREÆ GEMELLI, QVI PASCVNTVR IN LILIIS. Duo vbera Sponsæ sunt, duo opera misericordiæ corporalia, & spiritualia; & Sponsus cælestis pascitur his operibus misericordiæ in pauperibus; ESVRIVI, ET DEDISTIS MIHI MANDVCARE. Ne vero prolixus videar, plura pręteribo, verba breuiter tantum indicando. Matt.25.35.

B DVO VBERA TVA &c. Quinque, vt pulchra dicantur vbera, conditiones debent habere; Primam albescere; secundam esse rotunda; tertiam suaueolentia; quartam pilis carere; quintam lacte abundadare. An has seruent hœdi conditiones inspectemus, vt vberibus merito possint assimilari. Quoad albedinem, non omnes albi sunt hœdi; sed plerique nigri; hœdi corpus haud rotundum est, sed longum; quoad

C odorem, hœdi malè, non benè olent. Quarta conditio est, pilis carere: ast hœdi pilis abundant, & vestiuntur; vbera demum lac prębent, & hœdi sumunt. Similitudo ergo sine similitudine apparet; quid ergo dicendum? An Dei verbum redarguemus, quod eadem est veritas? absit, meam potius ignauiam fatebor; meum simpliciter sensum, & animum aperiendo, & discursum in eo, in quo expositores concor-

D dant, fundabo, qui declarant per vberum metaphorā designari duos amores, Dei & Proximi, QVIA DVO SVNT PRAECEPTA CHARITATIS, DEI VIDELICET AMOR, ET PROXIMI: ET MINVS QVAM INTER DVOS CHARITAS HABERI NON POTEST, inquit Greg. PP. SI QVIS DICIT DILIGO DEVM, ET FRATREM SVVM ODERIT, MENDAX EST. Christus semel interrogatus, quodnam esset mandatum magnum in lege, respondit: DILIGES DOMINVM DEVM TVVM: HOC EST MAXIMVM, ET PRIMVM

Greg. PP. hom. 17. in Euang.

Ioan. 4. 20.

MANDATVM. SECVNDVM AVTEM SIMILE HVIC: DILIGES PROXIMVM TVVM SICVT TE IPSVM: En Sponsæ duo vbera similia,& lacte plena cęlestium gratiarum, & in Proximum charitatis: DVO VBERA TVA, inuenimus: DVO HINNVLI CAPREÆ GEMELLI nunc sunt inuestigandi. Queso, & amabò vos, quot sunt in genere opera charitatis, & misericordiæ? duo respondebis: vnum corporale; spirituale aliud. Corporalia opera sunt, esurientes cibo recreare, sitientibus potum præbere. En duo hœdi lactis egentes, quod cibus simul est, & potus; de pauperibus loquor Christum repræsentantibus, qui ad nos, vt hœdus venit. IN SIMILITVDINEM CARNIS PECCATI, innocenter immolandus. Pauperes igitur fame, sitique laborantes, vt egentes, hœdi corporalis charitatis lac exposcunt: En primum hœdum, alium reperiamus. Spiritualis misericordiæ opera non ne ignauos docere sunt? hœdus simplex est animal, Ignauię symbolum, & figura. En secundum hœdum spiritualis lactis indigentem. Sed quo nam pacto (dicet aliquis) hœdi caprearum filij, eodem in partu nati dicuntur? Hœdus plerumque sacris in paginis peccatorem significat, & caprea per peccati, & peccantis genitricem accipitur. Vt melius intelligamus, sciendum est ante originalis peccati labem, corporalis misericordię opera; nec spiritualis minimè extitisse, quia hæ corporis, & animę calamitates aberant. Tellus inculta per se humana sine industria abundāter triticum, & fructus afferebat, & quidquid ad viuendum necesse erat: post originale peccatum Terram Deus maledixit: TRIBVLOS, ET SPINAS GERMINABIT TIBI; nec tunc charitatis opus erat spiritualis, Adam enim ante peccatum infusa scientia præditus erat,

Marginalia: A, B, C, D; Rom. 8. 3.; Gen. 3. 18.

A erat, omnesque eius filij ipsi similes fuissent, adeo vt ignorantia prorsus Terrarum Orbis caruisset, ni peccatum perpetrasset; Originali igitur à labe necessitas sitis, & famis ortum duxere, malitia, & ignauia, & per consequens corporalis misericordiæ operum, & spiritualis egestas. En hœdi gemelli eodem in partu à pecato originali nati: & quia, qui Proximo aliquid elargitur, iuxta illius indigentiam debet erogare; ideo

B DVO VBERA TVA, SICVT DVO HINNVLI CAPREÆ GEMELLI; Hæc etiam vberum, hinnulis capreæ comparatio est, propter illius viuacitatem, & alacritatem in operando: gemelli dicuntur quia se se mutuò debent amare, & iuuare: Isti autem hinnuli neutri vulgares sunt; sed QVI PASCVNTVR IN LILIIS: lilium albescit, & odorat; ergo puritatem, & bonitatem indicat; non vitiosi, non

C maligni alendi sunt; sed boni in lilijs expressi: BENE FAC IVSTO, ET INVENIES RETRIBVTIONEM: ET SI NON AB IPSO, CERTE A DOMINO, in Ecclesiast. legitur. Alia solum superest difficultas, nempe: Vbera lac præbent, & hœdi sumunt; ergo similes haud sunt. Respondet Nazianzenus: Dare Deo, accipere est; qui in Proximum elargitur, à Domino retributionem accipit: Spiritum sanctum audite: DATE, ET DABI- Eccles. 12. 6 Nazianz. orat. in S. Baptisma. Luc. 6. 38.

D TVR VOBIS: DA, ET ACCIPE, ET IVSTIFICA ANIMAM TVAM. EADEM MENSVRA QVA MENSI FVERITIS, REMETIETVR VOBIS: En duo vbera hœdis similia. DONEC ASPIRET DIES, ET INCLINENTVR VMBRÆ. In bono incipere, satis non est; sed terminandum, & perseuerandum; hoc indicat: DONEC ASPIRET DIES (præsentis vitæ) ET INCLINENTVR VMBRÆ (mortis) quę finalis est perseuerantia. Eccl. 14. 16.

VADAM AD MONTEM MYRRHÆ, ET AD COLLEM THVRIS. Cæleſtis Sponſus Sponſæ charitatem agnoſcens, magno ſcilicet affectu ſua elargientis in pauperes Sponſi amore, ne ab illa vinceretur amando, hęc intra ſe habet verba: Dilecta Sponſa, mei ob amorem ſua quęque erogat in pauperes; illius ego ob amorem, meum effundam ſanguinem, & me ipſum in victimam immolabo: VADAM AD MONTEM MYRRHÆ, ET AD COLLEM THVRIS. VADAM AD MONTEM MYRRHÆ, hoc eſt Caluarium. Dicitur mõs myrrhę propter multitudinem, et amaritudinem paſſionum, & copioſam effuſionem ſanguinis: vocat montem myrrhæ, vt oſtendat conſtantiam, & fortitudinem in patiendo; & ad collem thuris, ad inſinuandam humilitatem, charitatem, & orationem: hiſce myſticis verbis ſuam innuit atrociſſimam paſſionem, media Humanitate perpeſſam, & ſimul ſuam reſurrectionem, & ad Cœlum Aſcenſionem, media Diuinitate in thure figurata, vt affirmant Greg. PP. Philo Carpathius, Beda, Ricardus, Theodoretus, Greg. Niſ. hom. 7. Verbo, VADAM, promptam, & reſolutam ad patiendum voluntatem demonſtrat: Vnde in D. Ioanne dixit: NEMO TOLLIT ANIMAM MEAM A ME; SED EGO POTESTATEM HABEO PONENDI EAM, ET POTESTATEM HABEO ITERVM SVMENDI EAM. In tribus montibus oſtendit Dominus ſui glorioſi corporis dotes: In Thabor claritatem trãſfigurationis: in Sion ſubtilitatem eiuſdem corporis, quando intrauit ad Diſcipulos ianuis clauſis: in Monte Oliueti agilitatem, quando aſcendit ad Cœlum. Sed quoniam paſſionis, & mortis Domini merito ditatur, & decoratur Eccleſia, ideo proſequitur Cantica: TOTA PVLCHRA ES

AMICA

Margin notes: A; B; C; Greg. Niſ. hom. 7.; Ioan. 10. 17.; D; Matt. 17. 20; Ioan. 20. 26.; Marc. 16. 19

A AMICA MEA, ET MACVLA NON EST IN TE: Ast quia in Ecclesię corpore peccatores adstāt, hos etiam politura, & ornatura insequitur.

VENI DE LIBANO SPONSA MEA, VENI DE LIBANO, VENI: CORONABERIS DE CAPITE AMANA, DE VERTICE SANIR, ET HERMON, DE CVBILIBVS LEONVM, DE MONTIBVS PARDORVM. Quoniam Ecclesiæ
B corpus constat ex iustis, & ex peccatoribus, postquam cęlestis Sponsus laudauit iustos: TOTA PVLCHRA ES AMICA MEA &c. nunc ad peccatores, pro quibus se in mundum venisse declarauit: NON VENI VOCARE IVSTOS; SED PECCATORES; Matt. 9. 13.
hos summa benignitate vocat, & pręmia proponit Luc. 11. 28.
eximia: VENI DE LIBANO SPONSA MEA, VENI, ET CORONABERIS &c. & ne peccato-
C ribus se excusandi ab illo appellatos non fuisse licētia daretur, omnes inuitati sunt, vt in sancto Matthæo legitur: VENITE AD ME OMNES, QVI LABO- Matt. 11. 28.
RATIS (peccata, & scelera perpetrando) ET ONERATI ESTIS (eorundem peccatorum onere) ET EGO REFICIAM VOS: nec hoc vniuersali contentus inuitamento, particulariter hìc in Cantica quemlibet peccatorem inuitat: VENI DE LIBANO, SPON-
D SA MEA &c. nec eius infinitę charitatis satis hæc diuina vocatio, vt ardens ostenderet desiderium, quo peccatores insequitur, non semel, nec bis; sed ter illum vocat: VENI, VENI, VENI; Peccator plurima perpetrasti scelera, ne animo deficias: Quid tibi per Isaiam Prophetam Dominus, dicat, audi, lætum videlicet nuncium peccatoribus allatum: CONSOLAMINI, CONSOLAMINI POPVLE MEVS, DI- Isa. 40. 1.
CIT DEVS VESTER; Duplicis consolationis causam

perpen-

perpendite: QVONIAM COMPLETA EST MALITIA EIVS, A
DIMISSA EST INIQVITAS ILLIVS, SVSCEPIT DE MANV
DOMINI DVPLICIA PRO OMNIBVS PECCATIS SVIS.
Verba clara sunt, ideoque non me in ipsorum exten-
sione dilato. Inuitatum insuper per Ieremiam Prophe-
Ier. 3. 1. tam factum, audite: FORNICATA ES CVM AMATO-
RIBVS MVLTIS: REVERTERE AD ME, DICIT DOMI-
NVS, ET EGO SVSCIPIAM TE: Tua non obstante
scelerum multitudine, & grauitate, recipiendi tibi B
fidem prębet; nec solum suscipiendi; verùm etiam
suam in Sponsam eligendi: En inuitatus, in Canti-
ca factus: VENI DE LIBANO SPONSA MEA,
VENI DE LIBANO, VENI. Te Deus grandi
vocat amore, non puniturus, vt tua requirerent pec-
cata; sed coronaturus: CORONABERIS; animum
excita, & pęnitentiam age Peccator: à Deo vocaris,
non ad ordinaria; sed ad magna, & gloriosa, coro- C
nandus scilicet, CORONABERIS: qua sis coronā-
dus sciscitaris corona? Arrectis auribus adsta: CO-
RONABERIS DE CAPITE AMANA, DE VER-
TICE SANIR, ET HERMON, DE CVBILI-
BVS LEONVM, DE MONTIBVS PARDORVM.
Heu, quæ corona auro, gemmisque pretiosis texta
ista est? Ergonè montium de culminibus diadema
compactum erit? de alpium iugis, & asperorum col- D
lium? Leonum de cauernis, & Pardorum de recep-
taculis? Amana, Sanir, & Hermon, Syriæ montes sunt,
hominibus inuij, ferocibus tantum à belluis inhabi-
tati, Ricardi Sancti Victoris dicto: AMANA, inquie-
tus interpretatur; SANIR, fœtidus, & male olens: HER-
MON, excommunicatus. Leonem, superbię symbo-
lum esse neminem latet; crudelium, Pardum: hi om-
nes sceleratorum sunt hieroglyphica peccatorum, qui
à sce-

A à sceleribus iustificati, vt pretiosæ renitent gemmę, toto plaudente Coelo, illos coronaturæ. Inquieti licet fuerint, & maleolentes, à Deo per peccatorum multitudinem seiuncti, à Cælo anathemate excommunicati, superbi, & sanguinolenti &c. dum pęnitētiam agunt, & scelera pedibus calcant, eademmet scelera illos exaltant, & coronant, inquit Augustinus. Auguſt. ser. 3. de Ascē. Dom. quie st nu. 176. in fin. &c.
Linteum immundis refertum animalibus, & venenosis,
B Petri oculis antelatum in memoriā reuocate: Pœnitentia peccata abluuntur, delentur, & sanctificantur, magnoque honore, & gaudio supremis à spiritibus peccatores in Cœlum recipiuntur, ex dictis ipsiusmet Christi: GAVDIVM ERIT IN COELO SVPER VNO PECCATORE POENITENTIAM AGENTE. De Scipione legimus, post subactam Africam, Africani nomine decorari voluisse: pari modo se cum peccatoribus res Act. 10. 11. Luc. 15. 07.
C habet; post peccatorum pœnitentiam, eadem peccata illorum in gloriam, & honorem consurgunt; De Libano tamen venire opus est, quod idem sonat, ac candidum; pœnitentia niue magis dealbat: hæc de se Dauid fassus est; ASPERGES ME HYSSOPO, ET MVNDABOR: LAVABIS ME, ET SVPER NIVEM DEALBABOR. Iterum Dominus clarius se peccatores contritos adamare fatetur. Psal. 50. 6.

D VVLNERASTI COR MEVM SOROR MEA SPONSA: VVLNERASTI COR MEVM IN VNO OCVLORVM TVORVM, ET IN VNO CRINE COLLI TVI. Amoris magnitudinem exprimit Sponsus vulnere cordis. Non semel tantū; sed bis cælestis Sponsus vulneribus se affectum fuisse declarat: VVLNERASTI: VVLNERASTI COR MEVM: Cordis vulnera amoris sunt: Quem, vbi, & cur vulneratus, animaduertite. Cœlestem Sponsum pro casta

sta Sponsa triplici in loco singulariter vulneratū fuis- A
se reperio; in capite; in corpore, & in corde: in capite spinea corona: in corpore clauibus: in corde lācea. Primo affligitur: secundo occiditur; tertio illuditur. De vulneribus, & de causa vulnerum Sponsi
Isa. 52. 5. loquitur Isaias: IPSE AVTEM VVLNERATVS EST PROPTER SCELERA NOSTRA, CVIVS LIVORE SANATI SVMVS. à quo, & in quo: IN VNO OCVLORVM TVORVM; oculus animę cor: duas nobis aures, duos pedes natura e- B
largita est, vnum tantum cor: in vno ergo, idem est, ac dicere in corde: pręgrandi amore tuo cordiali, cor meum vulnerasti. Vel vnam dicamus esse fidem; vnus
Eph. 4. 5. Deus, vna fides, quę in anima, eo, quo oculus in corpore munere fungitur. In corpore nil certius habemus, quam quod inspectamus; pari modo in anima fides. Si hæc verba Beatę Virgini applicare volumus possumus equidem, tam ratione amoris Dei, quam ra- C
Luc. 1. 45. tione fidei: BEATA QVAE CREDIDISTI. ET IN VNO CRINE COLLI TVI. Non dicit, in vno capillo capitis tui; sed in vno crine colli tui: Belluis, non hominibus in collo crines insunt; per collum Bernardus, & Augustinus obedientiam intelligunt; COLLVM, QVOD IVGO SVPPONITVR, OBEDIENTIAM SIGNIFICAT; Innuit ergo in obediendo promptitudinem, & celeritatem, quam habes in mandata obseruando, cor D
meum extraxisti. Similiter hæc verba Beatę Virgini conueniunt pro eius summa obedientia, & humilitate: quid vilius crine vno? QVIA RESPEXIT HVMILITATEM ANCILLAE SVAE, & pro voto Virginitatis, & obedientię singularis. Dictum est commune; Animal nutui obptemperans filo serico alligari sufficere, vt
Psal. 72. 22. quocunque, quis voluerit ducat; ita Dauid contritus de se met fatetur; VT IVMENTVM FACTVS SVM

APVD

A APVD TE, ET EGO SEMPER TECVM. TENVISTI MANVM DEXTERAM MEAM, ET IN VOLVNTATE TVA DEDVXISTI ME, ET CVM GLORIA SVSCEPISTI ME.

QVAM PVLCHRÆ SVNT MAMMÆ TVÆ SOROR MEA SPONSA! PVLCHRIORA SVNT VBERA TVA VINO, ET ODOR VESTIMENTORVM TVORVM SVPER OMNIA AROMATA. Per charitatẽ, & opera misericordiæ corpora-
B lia, & spiritualia laudatur Ecclesia, & fidelis anima: & quoniam charitas nostras sanat infirmitates spirituales, & simul operit multitudinem peccatorum, ideo officinæ aromatum comparatur, & vestibus suauiter olentibus. Cœlestis Sponsus Panegyrim in dilectæ Sponsæ laudem virtutum texit, quæ ad Deum conuersa anima est; ab vberibus incipit. Breuiter simul, & celeriter innuam verba, vt breuitati, quam
C promisi, studeam: QVAM PVLCHRÆ SVNT MAMMÆ TVÆ! Hac mammarum similitudine, charitatem, qua in proximum sponsa prædita est, celebrat: natura enim mammas in pectore constituit, vt cordis propugnacula, quod amoris domus est, in qua generatur, & incolit. Misericordiæ opera cum proximo vbera sunt, quæ exuberant in vtilitatem alienam, inquit Carpathius: mammæ cruciant
D matrem, si lac non sugatur CHARITAS DEI VRGET NOS, scribit Apostolus: mammæ a natura in genitricis venustatem constructæ sunt; sed in alienam vtilitatem: OMNIBVS IVVANDI DESIDERIVM MAMMAE SVNT; VBERA VERO CHARITAS EXHIBITA, inquit Bernardus; per humanitatem, sororem vocat; per fidem sponsam; sibi magis amoris lac, quo in proximum vtitur, quam vini rigorem placere sponsus fatetur. Sponsa in principio primi capitis dixit spon-

Prima Cor. 5. 14.

Bern. in Cant.

ſo cæleſti : MELIORA SVNT VBERA TVA VINO; nunc ſponſus, ſponſæ : PVLCHRIORA SVNT VBERA TVA VINO ; Miſericordiæ opera in proximum elaborata , ſuper omnia opera bona , bonum nomen comparare videntur ; ET ODOR VESTIMENTORVM TVORVM SVPER OMNIA AROMATA . Charitas odor eſt , Dei naribus gratiſſime olens , ſuper omnia noſtra opera bona , diuinæ placens maieſtati : miſericordia namque noſtra, eius eſt gratia . ET MISERICORDIA EIVS SVPER OMNIA OPERA EIVS . Vnguentum , charitas eſt , noſtros leniens miſericordia dolores : QVIS INFIRMATVR , ET EGO NON INFIRMOR ? noſtra tam ſpiritualia,quam corporalia mala iuuat , & ſubleuat ; ET ODOR VESTIMENTORVM TVORVM &c. Veſtimentorum odor, virtutes demonſtrat , præcipueq; iuſtitiam : SACERDOTES TVI INDVANTVR IVSTITIAM : fortitudinem , & venuſtatem : FORTITVDO , ET DECOR INDVMENTVM EIVS . ſequitur ſponſus in laudem :

A B C

Pſal. 131. 9. Prouer. 31. 25.

FAVVS DISTILLANS LABIA TVA , SPONSA : MEL , ET LAC SVB LINGVA TVA, ET ODOR VESTIMENTORVM TVORVM SICVT THVRIS &c. Verba placida, humilia, & affectu plena illibatæ ſponſæ erant ; omnibus placentia , ſuauiterque eius ab ore emanabant dulcia : candor lactis deſignat innocentiam : FAVVS DISTILLANS LABIA TVA : a corde tamen erumpebant : OS LOQVITVR EX ABVNDANTIA CORDIS . MEL , ET LAC SVB LINGVA TVA . Sub lingua cor inhabitat : mellis dulcedinem in ore ſeruabat : ſed à corde procedebat ; quidquid ore proferebat , corde confirmabat : ET ODOR VESTIMENTORVM TVORVM &c. Peccator prius male olebat : contritus,nõ

D

Matth. 12. 33.

caro

A caro ſolum, verum etiam & veſtimenta; id eſt opera, quæ ab omnibus cernuntur,Paradiſo redolent: CHRISTI BONVS ODOR SVMVS: Charitatis actus in proximum, hoc faciunt, & preces ſimul extant, & accepta Deo holocauſta; thus enim vtrumque ſignificat.

HORTVS CONCLVSVS SOROR MEA SPONSA, HORTVS CONCLVSVS; FONS SIGNA-
B TVS. EMISSIONES TVÆ PARADISVS MALORVM PVNICORVM CVM POMORVM FRVCTIBVS. D. Hieronymus hæc, beatæ Virgini ante partum, in partu, & poſt partum, verba applicat; nam virgo concepit, virgo peperit, virgo poſt partum, quem genuit adorauit. Si tamen de charitate, & bonis operibus, quæ ſponſa in Proximi beneficium exercebat, loqui aſſerere volumus, poſſu-
C mus: illa etenim non manifeſtabat, nec hominum oculis inanis gloriæ cupiditate ducta exponebat; ſed intra ſe celabat, & pene dixerim confeſſionis ſigillo occultabat; nam per oris cuſtodiam ſeruatur cordis munditia: hoc indicãt verba: HORTVS CONCLVSVS: FONS SIGNATVS. quod interius operabatur, in ſe met operatum cuſtodiebat; ſacramenta frequentabat: pęnitentiæ ſingulariter, vndequaque occul-
D tum. EMISSIONES TVÆ PARADISVS MALORVM PVNICORVM CVM POMORVM FRVCTIBVS; quia in abſolutione, qua Confeſſor pœnitentẽ abſoluit, dicit; QVIDQVID BONI FECERIS, ET MALI SVSTINVERIS, SINT TIBI IN REMISSIONEM PECCATORVM, AVGMENTVM GRATIAE, ET PRAEMIVM VITAE AETERNAE. Omnes ergo fructus ſunt Paradiſi, ſecũ coronã afferentes. Ideo dicitur: EMISSIONES TVÆ PARADISVS MALORVM PVNICORVM

CVM POMORVM FRVCTIBVS. HORTVS CONCLVSVS, HORTVS CONCLVSVS, FONS SIGNATVS. EMISSIONES TVÆ PARADISVS. Tres hortos in Cantica inuenio; Primus Virginis Vterus; ſecundus Eccleſiæ; tertius Anima ſancta. A
Cant. 5. 1. De primo dicitur: VENIAT DILECTVS MEVS IN HORTVM SVVM; De ſecundo, VENI IN
Cant. 6. 1. HORTVM MEVM: de tertio, DILECTVS MEVS DESCENDIT IN HORTVM SVVM. In primo B horto tres ſunt emiſſiones, & immiſſiones paradiſi; prima fuit Gabrielis Archangeli; ſecunda Spiritus ſancti; tertia, Filii Dei. Prima fuit miſſio, de qua legi-
Luc. 1. 26. tur: MISSVS EST ANGELVS GABRIEL AD MARIAM &c.
Luc. 1. 35. Secunda, fuit immiſſio: SPIRITVS SANCTVS SVPERVENIET IN TE: Tertia, fuit admiſſio: ET VERBVM
Ioan. 1. 14. CARO FACTVM EST. Prima, fuit ad aurem; Secunda, fuit ad mentem; Tertia, fuit ad ventrem, ſeu C in ventre. Tres ſunt emisſiones Paradiſi ſecundi horti Eccleſiæ; Prima, miſericordiæ; Secunda gratiæ; Tertia, tandem gloriæ. Tres denique ſunt emiſſiones paradiſi tertij horti animæ: contritio ſcilicet cordis; confesſio oris; ſatisfactio operis. Ne prolixus videar, omnia vno verbo dicam: Amore Dei anima accenſa, illiuſque ſe commendans voluntati, in terris Paradiſo perfruitur; nec tantum bono, ſed etiam D in patiendo oblectatur, & gaudet adeo, vt Apoſtolus
Rom. 8. 28. dicat: DILIGENTIBVS DEVM OMNIA COOPERANTVR IN BONVM. Emisſiones ergo Spōſę Paradiſus, per amorem Dei. Omnes caſta ſponſa diligebat, de omnibus bene loquebatur, & ſentiebat; pro omnibus exorabat: & quoniam charitas coronata eſt virtus, cui cæteræ iunguntur virtutes, vt ſcribit Apoſtolus:
1. Cor. 13. 4. CHARITAS PATIENS EST, BENIGNA EST &c. Ideoque inſequitur,

A insequitur, MALORVM PVNICORVM, CVM POMORVM FRVCTIBVS.

CYPRI CVM NARDO, NARDVS ET CROCVS, FISTVLA, ET CINNAMOMVM, CVM VNIVERSIS LIGNIS LIBANI: MYRRHA, ET ALOE CVM OMNIBVS PRIMIS VNGVENTIS. Hæ omnes illibatæ erant Sponsæ virtutes, & prōptuarium bonorū operū; nec tamen inani efferebatur glo-
B ria, nec cæteros contemnebat; sed simul charitatis ardorem in cypro expressum, cum nardo humilissima herba, & odorifera, coniungebat. Replicat iterum NARDVS, demonstrando se humilem, humilem esse. ET CROCVS, FISTVLA, ET CINNAMOMVM, tria magnæ dulcedinis aromata; mundanarum rerum, CROCVS, & contemptum sui ipsius referat, iuxta sanctorum Patrum expositio-
C nem. FISTVLA, arundo est, à qua saccarum extrahitur. Iustitiæ arundo figura est, in mensura cōsistentis, æquitate, & ęquitate. CINNAMOMVM prudentiam significat, inquiunt Augustinus, & Carpathius; in ciborum gratum condimentum inseruit: hoc sine virtutes reliquæ insipidæ essent, vel indiscretę, & in vitium facile degenerarent. Iustitiam, & Prudentiam cæteræ insequuntur virtutes, ideoque
D addit: CVM VNIVERSIS LIGNIS LIBANI, quæ cedri præcipue erant, quarum in rectitudine eadem Iustitia repræsentatur, iuxta sententiā Ricardi S. Victoris: in pulchritudine, prudentia, in sapore temperantia, in ligni duritie fortitudo. Inter vnguenta primum occupant locum myrrha, & aloe, ambæ amaritudinis notæ, vtiles tamen, & præ cæteris, incorrupta seruant corpora, & a putredine tutantur.

FONS

FONS HORTORVM, PVTEVS AQVARVM A
VIVENTIVM, QVÆ FLVVNT IMPETV DE
LIBANO. Tres sunt fontes: Deus; Baptismus; &
Psal. 41. 3. Fletus. De primo, legitur: SITIVIT ANIMA MEA
Ezech. 13. 4. AD DEVM FONTEM VIVVM; De secundo: EFFVNDAM
SVPER VOS AQVAM MVNDAM, ET MVNDABIMINI AB OMNIBVS INQVINAMENTIS VESTRIS; De tertio: QVIS
DABIT CAPITI MEO AQVAM, ET OCVLIS MEIS FONTEM
Ier. 9. 1. LACRYMARVM? fons & puteus aquæ viuæ, sancti Spiritus gratiam demonstrant; qui ex se ad nos venit, & B
Infer. 3. Pent. in orat. post commum. a peccatis abstergit: QVIA IPSE EST REMISSIO OMNIVM PECCATORVM; & ipsemet est fons viuus, FONS VIVVS IGNIS, CHARITAS; vnde terrenarum rerum nostram extinguit sitim: Ideoque fons viuus appellatur, quia nunquam deficit: QVONIAM APVD TE EST FONS VITAE,
Psal. 35. 10. dixit Dauid; & Isaias de Anima in Dei gratia verba
Isa. 58. faciens, horto illam, fontique comparat: ET ERIS C
QVASI HORTVS IRRIGVVS, ET FONS AQVARVM, CVIVS NON DEFICIENT AQVAE. Idem quoque asserit Iere-
Ier. 31. 12. mias: ERITQVE ANIMA EORVM QVASI HORTVS IRRIGVVS, ET VLTRA NON ESVRIENT. Aqua per Christi dictum, sancti Spiritus gratiæ symbolum extat:
Ioel. 3. 28. QVI CREDIT IN ME (SICVT DICIT SCRIPTVRA) FLVMINA DE VENTRE EIVS FLVENT AQVAE VIVAE. HOC AVTEM
Ioan. 7. 38. DIXIT DE SPIRITV, QVEM ACCEPTVRI ERANT CREDENTES IN EVM. Fons, & puteus in publicū construūtur be- D
neficiū: QVÆ FLVVNT IMPETV DE LIBANO S. Spiritus aduentus figura: de quo dicitur, FACTVS
Act. 2. 2. EST REPENTE DE COELO SONVS, &c. litteraliter aquę a Libano monte limpidissimæ tamen in fontes erumpebant, quæ in montis radicibus simul iunctæ, Iordanem fluuium constituebant, qui impetu grandi flue-
Hieron. in Matt. bat; Ita S. Hyeronimus affirmat, & de hoc fonte

Propheta

A Propheta forsitan intellexit, cum dixit: FLVMINIS IMPETVS LAETIFICAT CIVITATEM DEI, quia aquarum murmur ciuitatem, & ciuium aures delectabat. Psal. 47. 5.

SVRGE AQVILO, ET VENI AVSTER; PERFLA HORTVM MEVM, ET FLVANT AROMATA ILLIVS. Christus Ecclesiæ promiserat Spiritū sanctū; CVM ASSVMPTVS FVERO, MITTAM VOBIS SPIRITVM VERITATIS: nunc Ecclesia postulat: SVRGE AQVILO Ioan. 15. 26.
B ET VENI. AVSTER, ET PERFLA HORTVM MEVM: de Spiritu Sancto intelligitur, qui datus fuit flatu; INSVFFLAVIT ET DIXIT: ACCIPITE SPIRITVM SANCTVM. Aquilonaris ventus atrox est, impetuosus, & frigidissimus, quælibet adurens; sterilemque tellurem reddit, & Viridariorum præsertim delicijs aduersatur, quia non solum flores destruit, & folia, ac herbas; verum etiam fructus, & plantas;
C odij, imo Dæmonis symbolum extat: Ab hoc prædixit Ieremia ventura omnia mala: AB AQVILONE PANDETVR OMNE MALVM. E contra Auster placidus est ventus, & suauis, telluremque lætificans, & fæcundans illam herbis, floribus, & fructibus ornat, charitatemque repræsentat, quæ benigna est: CHARITAS BENIGNA EST: Aquilo destruit, hic ædificat: CHARITAS VERO AEDIFICAT, & sancti Spiritus fi-
D gura est. Quare dicere: VENI AVSTER, idem est ac VENI SANCTE SPIRITVS, REPLE TVORVM CORDA FIDELIVM. IMPLETA GAVDENT VISCERA AFFLATA SANCTO SPIRITV, &c. Sancti Spiritus inuocatio necessaria est, quia ex nobis ad operandum sufficientes non sumus; sed nec ad cogitandum aliquod bonum. NON SVMVS SVFFICIENTES COGITARE ALIQVID A NOBIS, QVASI EX NOBIS: SED SVFFICIENTIA NOSTRA EX DEO EST. absque Diuina ope diligentia nostra

Ier. 1. 14.
Prima cor. 13. 4.
Prima cor. 8. 1.
Hym. Dom. Pentc.
Secun. Cor 3. 5.

Prima Cor. 3.6.7. nostra vana est. NEQVE QVI PLANTAT EST ALIQVID, NEQVE QVI RIGAT; SED QVI INCREMENTVM DAT DEVS. A
Spiritus Domini est qui fœcundat terram, in principio mũdi legitur: TERRA AVTEM ERAT INANIS, ET VACVA, ET SPIRITVS DOMINI FEREBATVR SVPER AQVAS. Gen. 1.2.
Bene ergo se habet, & recto ordine, sancti Spiritus inuocatio, qui nõ solum viridariorum delicias renouat spiritualium; verum etiam totius terrarum orbis: EMITTE SPIRITVM TVVM, ET CREABVNTVR, ET RENOVABIS FACIEM TERRAE &c. Nostras interim animas ipsemet clemens Spiritus munere gratiæ suæ ad amorem ædificet Sponsi Iesu Christi Domini nostri, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. B
Amen.



CAN-



CANTICI CANTICORVM

CAPVT V.



1 ENIAT dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum soror mea Sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

2 Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

3 Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

V Dile-

4 Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

5 Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.

6 Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, vt locutus est: quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.

7 Inuenerunt me custodes qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

8 Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei quia amore languео.

9 Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

10 Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.

11 Caput eius aurum optimum: Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.

12 Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.

Genæ

13 Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à
pigmentarijs. Labia eius lilia diſtillantia myr-
rham primam.

14 Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacin-
this. Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphi-
ris.

15 Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fun-
datæ ſunt ſuper baſes aureas. Species eius vt Li-
bani, electus vt cedri.

16 Guttur illius ſuauiſsimum, & totus deſidera-
bilis: talis eſt dilectus tuus, & ipſe eſt amicus
meus, filiæ Ieruſalem.

17 Quo abijt dilectus meus, ò pulcherrima mu-
lierum? quo declinauit dilectus tuus? & quære-
mus eum tecum.





CAPVT V.

VENIAT DILECTVS MEVS IN HORTVM SVVM: COMEDAT FRVCTVM POMORVM SVORVM.



VONIAM cælestis Sponsus in A
fine antecedentis capitis ca-
stam laudauerat Sponsam, &
illam horto comparauerat:
HORTVS CONCLVSVS
SOROR MEA SPONSA;
HORTVS CONCLVSVS: B
postquam igitur Sponsa illi-
bata animæ suę viridarium
disposuerat, illudque bonorum desideriorum, fru-
ctuumque bonorum operum, necnon aquarum cæle-
stium gratiarum ad illius ornatum, & commo-
dum refertum viderat; post Zephyri propitij sancti
Spiritus inuocationem in antecedentis capitis calce C
factam, VENI AVSTER &c. non vt tantùm con-
seruaret; verum etiam fructus augeret; se aliquo
modo dispositam noscens, vt Diuinum Sponsum re-
ciperet, illum nunc blandè, totoque cordis affectu
inuitat, vt dignetur ad delicias ruris venire: VE-
NIAT DILECTVS MEVS IN HORTVM SVVM,
hoc est,

A hoc est, in me, non in spiritu solum; sed in propria persona, & carne, sacramentaliter scilicet, vt illius quod suum est, caperet possessionem: illud namque boni parum quod operamur, Dei tota est gratia, sine quo nihil peragere possumus: SINE ME NIHIL POTESTIS FACERE. Veniat igitur cęlestis Sponsus meus, & de fructu operum meorum, quæ ipsemet dedit, comedere dignetur: Ille è contra non inuitationi tan- Ioan. 15. 5.
B tum dilectione correspondens; verum etiam exuperans amore, & desiderio, inquit, non veniam; sed VENI IN HORTVM MEVM &c. Feci, inquit Sponsus, quod petisti soror; iam media Baptismatis gratia in animam tuam descendi, quæ meus est hortus: nam anima virtutum floribus, & fructibus ornata hortus est speciosus: ita Sponsus ipse in fine antecedentis capitis declarauit, vt vidimus: HORTVS Ioan. 1. 11. Cant. 4. 12
C CONCLVSVS SOROR MEA SPONSA; HORTVS CONCLVSVS, sororem per Humanitatem vocat, per & Fidem Sponsam, sororem: vt quamlibet, quæ in mentem cadere possit suspicionem tollat.

VENI IN HORTVM MEVM &c. sub hac amabili, & eleganti metaphora venisse in hortum suum egregiè declarantur acta à Christo Domino in vita sua militanti Ecclesię facta, incipiens à beneficio In-
D carnationis, de quo dicitur: IN PROPRIA VENIT &c. Ioan. 1. 11.
vsque ad vltimam cœnam, in qua quę sequuntur verificantur verba: MESSVI MYRRHAM MEAM CVM AROMATIBVS MEIS: COMEDI FAVVM CVM MELLE MEO, BIBI VINVM MEVM CVM LACTE MEO. Quibus verbis se conuiuium, seu cœnam, sua manu factam in illorum voluptatum adimplementum, eodem in horto pręparasse testatur; quod fuit, quando noster cælestis Sponsus in vltima

cœna

Matt. 27. 27. 1. Cor. 11. 24 cœna ACCEPIT PANEM &c. SIMILITER ET CALICEM A &c. tunc messuit suæ amarissimæ passionis myrrham, cum aromatibus infinitæ suę charitatis; nec summæ dulcedinis fauum mellis propriç Diuinitatis defuit, cum pretiosissimo vino sui ipsius sanguinis, & candidissimo, & innocentissimo lacte, propriæ Humanitatis, carnis, & corporis, quod est cibus paruulorum, & simplicium: Vnde in prouerbijs legitur: SI QVIS

Prouerb. 9. 5 EST PARVVLVS, VENIAT AD ME &c. VENITE COMEDITE PANEM MEVM, ET BIBITE VINVM, QVOD MISCVI VOBIS. B

Se grano frumenti, & viti comparauerat Dominus paulò ante: NISI GRANVM FRVMENTI CADENS IN TERRAM MORTVVM FVERIT, IPSVM SOLVM MANET,

Ioan. 15. 1. (quod Eucharistici Sacramenti est materia: EGO SVM VITIS VERA). Nil Christi passionem nostris oculis viuacius objicit, grano: Hoc prius ab amicis, seu familiaribus proditur, nempe læua manu amplectitur, & perstringitur; dextra vero sæuum in modum cæditur: Spinis redimitum seruat caput; verberibus plectitur, dire cruciatur, & vt puluis à mola in similam reducitur: Demum pro cruciatuum termino de frigore ad calorem, hoc est, de aqua ad ignem libenter cogitur pertransire. Pari modo Dominus, qui granum erat animatum, & cæleste, suæ spontaneæ cædis falce se totũ antequam ab alijs meteretur voluit C D

S. Thom. in hymno corporis Christi. demetere: PRIVS IN VITAE FERCVLO SE TRADIDIT DISCIPVLIS &c. Gratum vlterius illi fuit semet non alia molari, quam Diuini amoris mola: CVM DILE-

Ioan. 13. 1. XISSET SVOS, IN FINEM DILEXIT EOS. Post molituram charitatis, dispositum se reddidit, qua Eucharisticum postea compegit panem, suisque se præbuit

1. Cor. 11. 24. discipulis manducandum: QVI PRIDIE QVAM PATE-

RETVR

A RETVR &c. (IN QVA NOCTE TRADEBATVR) ACCEPIT PANEM &c. ACCIPITE, ET MANDVCATE : HOC EST CORPVS MEVM : in instanti Diuini verbi virtute, & præstantia, panis substantia in eius Diuinum corpus fuit commutata : nec tamen semel moriendi amore contentus, ijsdem Apostolis, illos, hoc in eius passionis memoriam (vt amore absque morte pluries vsque ad mundi finem occumberet) perficere, ex-
B presse pręcepit : SIMILITER ET CALICEM &c. HAEC QVOTIESCVMQ; FECERITIS, IN MEI MEMORIAM FACIETIS: QVOTIESCVMQVE ENIM MANDVCABITIS PANEM HVNC, ET CALICEM BIBETIS, MORTEM DOMINI ANNVNCIABITIS DONEC VENIAT : En amarissimam myrrham, salutiferam tamen, eius Passionis sponte aromatibus suis messam; hoc est cunctis ipsius passionis amaritudinibus in sacræ Scripturę campo vndequaque dispersis, 1. Cor. 11. 23
C simul iunctis, cum aromatibus, hoc est Patris obedientia, & mundi salute : HVMILIAVIT SEMET IPSVM FACTVS OBEDIENS VSQVE AD MORTEM, MORTEM AVTEM CRVCIS. Suauissimum nunc temporis, & pretiosum audire conuiuium. Philip. 2. 8.

COMEDI FAVVM CVM MELLE MEO : BIBI VINVM MEVM CVM LACTE MEO. Lac, Humanitas Christi : fauus mellis, Diuinitas eius :
D Pronomen MEVM bis hisce paucis in verbis replicari quæso animaduertite ; semel in ordine ad comestionem ; alia vice in ordine ad bibendum ; vt innuat se suo de Sanctissimo Corpore, sub panis specie, & de innocentissimo sanguine, sub vini, & lactis specie (quod simul panis, & vinum est) verba habere ; In corpore namque sanguis, & in sanguine simul corpus existit. Suum mellis fauum corpus vocat, quia, vt docet sanctus Thomas in opusculo 57. IN HOC DI- S. Thom. in opusc. 57.

VINISSI-

vinissimo Sacramento spiritvalis dvlcedo in A
svo fonte gvstatvr ; non vt manna, quæ huius extabat figura sacramenti ; in semet tamen omnem saporem suauitatis claudebat. Quid de figurato sentiendum est, excogitate : Suauitas, & dulcedo, non gustus sensuũ tantummodo ; verum etiam intellectus excedunt capacitatem. Quo ad gustum : melle quid dulcius ? vel lacte candidius quidquam, vel vino delectabilius poterit in terris mens humana reperire ? B
Hac ergo de causa Spiritus sanctus, vt quæ comparari non possunt, ostendat, insinuat similitudinibus : Mellis fauum, Apum fructus est, cælesti rore super flores delabenti elaboratus : Virginitatis, Apes symbolum preferunt, vt differit, & probat sanctus Ambrosius, quia Apis ore filios promit, & mel : Ore sobolem legit (ait ille) mella componit. Christus, vt Deus, Verbum Patris nuncupatur; vt Homo, C
Matris quoque Verbum aliquo modo posset appellari, quia tunc virginali in vtero conceptus fuit (iuxta sanctorum Patrum communem sententiam) cum Virgo ea protulit verba : Ecce Ancilla Domini : fiat mihi secvndvm verbvm tvvm ; sancti Spiritus opere tantummodo, qui cęlestis ros est, nostri ignis ardorem extinguens : In aestv temperies. Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum ore, hoc est verbis perficitur ; Dominus paulò ante extremam cœnam, vitem, D
quę vinum producit, nominarat : Ego svm vitis vera. Vltima illa in suæ vitę die, sponte pretiosissimi sui sanguinis mustum voluit exprimere, conuiuantibus in potum elargiturus : Privs in vitae fercvlo se tradidit Discipvlis, qvibvs svb bina specie carnem dedit, et sangvinem, vt dvplicis svbstantiae totvm cibaret hominem ;

In sequentia quę legitur in die Pent.

Ioan. 15. 1.

Diu. Thom. in hym Corpor. Christ.

Ideoque

A Ideoque ſcribit Euangeliſta, illum poſt corporis (ſub panis ſpecie) elargitionem ; SIMILITER ET CALICEM POSTQVAM COENAVIT DICENS : ACCIPITE, ET BIBITE EX EO OMNES : HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI &c. Apoſtolis ſuæ carnis, & ſanguinis inæſtimabile pretium prędicauerat : CARO MEA VERE EST CIBVS , ET SANGVIS MEVS VERE EST POTVS . QVI MANDVCAT MEAM CARNEM , ET BIBIT MEVM
B SANGVINEM IN ME MANET , ET EGO IN ILLO . SICVT MISIT ME VIVENS PATER , ET EGO VIVO PROPTER PATREM : ET QVI MANDVCAT ME , ET IPSE VIVET PROPTER ME : & quia eorum aliqui illius verbis reſiſtere, & obijcere velle videbantur, ſubiunxit : NISI MANDVCAVERITIS CARNEM FILII HOMINIS , ET BIBERITIS EIVS SANGVINEM, NON HABEBITIS VITAM IN VOBIS : Et ita extrema in cœna omnes, & idem Do-
C minus cum ijſdem maxima delectatione communicauit : DESIDERIO DESIDERAVI HOC PASCHA MANDVCARE VOBISCVM, & vt habet Apoſtolus ad Hebræos: QVIA ERGO PVERI COMMVNICAVERVNT CARNI , ET SANGVINI , ET IPSE SIMILITER PARTICIPAVIT EISDEM . Euchariſtico in Conuiuio Dominicæ paſſionis myrrha cum dulcedine faui, & lactis, id eſt, Paradiſi gloria miſcetur : ET AETERNAE GLORIAE NOBIS
C PIGNVS DATVR .

Matt. 22. 24. Ioan. 6. 56. Luc. 22. 15. Heb. 2. 14.

MESSVI MYRRHAM CVM AROMATIBVS MEIS, amaritudinem ſcilicet paſſionis, cum aromatibus cæleſtis dulcedinis ; Paſſio in oblectamentum commutatur, dolor in cordis lętitiam ; DABO CORONAM PRO CINERE, OLEVM GAVDII PRO LVCTV, PALLIVM LAVDIS PRO SPIRITV MAERORIS, legitur in Iſaia. Adeſt in myrrha Humanitas figurata , Diuinitas in dulcedine faui ; Innocentia in lactis candore ſignificata ; Isa. 61. 3.

Bene ergo hæc Canticę verba, Sactissimæ Euchari- A
stiæ Sacramenti institutioni conueniunt, vt videre possumus.

COMEDITE AMICI, ET INEBRIAMINI CHARISSIMI. Notandum cum Gregorio Magno, quod qui comedunt, amici; qui vero bibunt, & inebriantur, charissimi nominantur: CIBAVIT EOS EX ADI-
Psal. 8. PE FRVMENTI, (dixit Propheta) DE PETRA MELLE
Isa. 25. 6. SATVRAVIT EOS. & Isaias: FACIET DOMINVS IN MONTE B
SION CONVIVIVM PINGVIVM, CONVIVIVM VINDEMIAE; PINGVIVM MEDVLLATORVM, VINDEMIAE DEFAECATAE. Pinguis est Panis Christi, & præbebit diuitias regibus. Ad hoc Conuiuium omnes inuitantur, quia cunctis, & in omnium salutem, & vitam est præpa-
Ioan. 6. 59. ratum: QVI MANDVCAT HVNC PANEM VIVET IN AETERNVM; VAE NON MANDVCANTI; NISI MANDV-
CAVERITIS CARNEM FILII HOMINIS, ET BIBERITIS C
EIVS SANGVINEM, NON HABEBITIS VITAM IN VOBIS. Manna huius sacramenti figura omnium gustui se se accommodabat: hoc, quod figuratum existit, multo magis omnium gustui satisfacit: OMNE DELECTAMENTVM IN SE HABENTEM. Adultis, id est, perfectis, vt vinum; pueris, id est, incipientibus, vt lac inseruit; myrrha adstat amarum optanti, mel dulce-
dini hianti, lac dulce compositum desideranti: En D
Passionis myrrha in oblectamentum commutata: Vinum ibi est, nobis mundi rerum sitim extinguens: Omnibus, amicis tamen, est Conuiuium præparatum; Vt ergo de illo epulemur, amicitiæ fædus inire oportet: COMEDITE AMICI; aliter mors est malis. Scelera perpetrasti, pœniteat te, vt fædus stringas, & comedas: BIBITE AMICI, ET INEBRIAMINI CHARISSIMI: Tui met obliuiscere.

A hianti ore mundi rebus anhelas? Sitim extinguere exoptas? Isaiam alloquentem audi: OMNES SITIENTES VENITE AD AQVAS: QVI NON HABETIS ARGENTVM, PROPERATE, EMITE, ET COMEDITE: VENITE, EMITE, ABSQVE ARGENTO, ET ABSQVE VLLA COMMVTATIONE VINVM, ET LAC; Ad quid frustra tua impendis, nec famem, aut sitim extinguens? QVARE APPENDITIS ARGENTVM NON IN PANIBVS, ET LABOREM VESTRVM NON B IN SATVRITATE? Isa. 55. 1.

Sanctus Augustinus ineffabilis charitatis vltimum terminum hac in postrema cœna Domini admirans, inquit, illum matris ad instar se gessisse, quę puerulum educatura proprium sanguinem in lac amore percita commutat; (cum lac sit iuxta ea, quę scribit Clemens Alexandrinus, SANGVIS BIS COCTVS, CONSENTIENTE PIETATE FLORESCENS. Matrem Christus in C Sanctissimę Eucharistię institutione imitatus est; homo etenim per debilitates, & imperfectiones suas ad Angelorum cibo vescendum ineptus, pietate Iesu, & amoris excessu impulsus, proprium corpus, & sanguinem in lac commutauit, illudque homini proportionatum cibum reddidit. ita differit Sanctus, concludendo: OPORTEBAT ERGO, VT ILLA MENSA NOBIS LACTESCERET. Non alio cibo homines in Terris Redē D ptor noster vesci voluit, quam spirituali, quo Angeli in Cœlo Beatorum sede perfruūtur; hoc est semetipso Eucharistico in Sacramento: PANEM COELI DEDIT EIS: PANEM ANGELORVM MANDVCAVIT HOMO. Quinimò (quid sentiam dicam) Angelis mihi antecellere hoc in Sacramento homo videtur: illis enim solo oculorum intuitu perfrui conceditur, & in carne venerari, cum scriptis proditum sit: ADORENT EVM OMNES ANGELI EIVS; hominibus vero non solum fide respicere; sed

August. cōc. prima in Ps. 33.

Clē. Alex. i pæd. 6.

August. cō. 2. in ps. 33.

Psal. 96. 8.

degustare, illo vesci, & coniungi permittitur. IN ME MANET, ET EGO IN ILLO: Angeli Deum cernunt, illumque videndo gloria perfruuntur, Deo tamen minimè personaliter & sacramentaliter coniungũtur, vtpotè homo hoc in Sacramento: IN ME MANET, ET EGO IN ILLO: Gloriam Angeli possident; nos verò pignus: ET AETERNAE GLORIAE NOBIS PIGNVS DATVR; pluris pignus pecunia penditur, quæ eodem de pignore trahitur. A B

Poterat se Dominus exhibere sub Sacramento visibili, & esse in illo dumtaxat obiectum visionis, prout est in Patria; voluit tamen præbere se communicandũ, vt arctissima, & reali vnione vniretur cum homine, existens obiectum non visus tantum; sed gustus, vt cum comedente vnione reali vniretur: Cumque vnio ista cibi cum comedente eò procedat, vt cibo ipso trãsmutato in substantiam comedentis, non amplius duo; C sed vnum existant: Ad arctissimam igitur designandam vnionem illam, qua in mystico dono isto fidelibus vniendus erat, hoc fecit, transformans homines quodammodo in Deos, vt verificarentur verba ipsius

Ioan. 6. 57. Domini: QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SANGVINEM, IN ME MANET, ET EGO IN ILLO. Verba, quibus Patrem suum æternum exorauit, ad-

Ioan. 17. 21. notate: ROGO, VT OMNES VNVM SINT: SICVT TV PA- D TER IN ME, ET EGO IN TE, VT ET IPSI IN NOBIS VNVM SINT; semet insuper sub panis, & vini specie est elargitus; vt necessitatem, qua Diuini cibi ad spiritualiter viuendum, tanquam pane, & vino ad corporaliter vitam traducẽdã laboramus, innueret: NISI MANDVCAVERITIS CARNEM FILII HOMINIS, ET BIBERITIS EIVS SANGVINEM, NON HABEBITIS VITAM IN VOBIS; de vita spirituali, & æterna loquitur. Si puer à morbo eua-

A euasurus amari pharmaci indiget, pro illo mater deglutit, & illius amaritudinem in lactis suauitatem commutat; pari modo se habuit Redemptor: Cum enim nos peccatorum graui onere ægrotaremus, ille pharmacum amarum in suæ passionis myrrha expressum, degustauit, illudque in lactis, & mellis dulcedinem commutauit.

MESSVI MYRRHAM MEAM CVM AROMA-
B TIBVS MEIS, COMEDI FAVVM MEVM CVM MELLE MEO; & quod de Sampsone scriptis proditum est, fuit adimpletum: DE COMEDENTE EXIVIT CIBVS, ET DE FORTI EGRESSA EST DVLCEDO. SAPIENTIA AEDIFICAVIT SIBI DOMVM, MISCVIT VINVM, ET POSVIT MENSAM. Tribulationes, quę hominibus dulces extant, saccaro condiuit: SVPERABVNDO GAVDIO IN OMNI TRIBVLATIONE, dicebat Apostolus; Inexplicabilis
C verbis est dulcedo, quam qui hoc dignè vescitur Sacramento, degustat. Quomodo recipi debet sciendi cupiditate flagratis? Apostolorum Principem audite: SICVT MODO GENITI INFANTES RATIONABILES, SINE DOLO LAC CONCVPISCITE, VT IN EO CRESCATIS IN SALVTEM; quæ principalis extat effectus huius Sacramenti, cum inter cætera Sacramenta vnum Eucharistiæ ad gratiæ sanctificantis augmentum sit determi-
D natum: fateri ergo opus est præ cæteris, illam Animæ conferre; In reliquis namque Sacramentis gratia, medijs visibilibus signis, & materialibus, non ex se ad hoc valentibus, subleuare opus est (nisi in quantum omnipotentię diuinæ, vt instrumenta subleuantur) progignitur. Hoc vero in Sacramento idemmet Deus humana circumseptus carne, qui charitatis fons est; ipsemet, inquam, propria in persona descendit, adeo vt dubitare non liceat illum vberiores suas gratias non diffun-

Iud. 14. 8.
Prou. 9. 1.
2. Cor. 7.
1. Petr. 2. 2.

diffundere, magnifici ad instar Principis, amici domum adeuntis illum remuneraturi; vlla absque dubitatione munus hoc maius esset, quam si per famulum mitteretur: nostro in casu hoc vnum innuere sufficiet, munus de Dei amantis charitate procedere, & magnificentia; quis poterit dubio animo hæsitare, cum Deus conuiuium homini tanta impensa, quanta Dei vita, caro stat, & sanguis, præparauerit, illud cunctis non esse imaginabilibus conditum saporibus? A B

COMEDITE AMICI, ET INEBRIAMINI CHARISSIMI: CALIX MEVS INEBRIANS QVAM PRAECLARVS EST! Antiquiores Christi fideles nascentis Ecclesiæ in singulos dies Christi corpore saginabantur, tanta deuotione, vt Empyreum in Deo seruiendo emularentur. sequitur Cantica: Psalm. 22. 5.

EGO DORMIO, ET COR MEVM VIGILAT: Post naturalem cœnam ordinariè ad dormiendum pergitur: Sacramẽtali peracta cœna, institutione nẽpe SS. Eucharistiæ Sacramẽti, quę Dominicæ passionis est memoria, ad Oliuarum montem perrexit, vt scribunt Euangelistę: VBI ERAT HORTVS, IN QVEM INTROIVIT IPSE, ET DISCIPVLI EIVS; ibi passioni occursurus, & reali morti, quam somnum dicit: EGO DORMIO. C Matt. 26. 30. Marc. 14. 26. Ioan. 18. 1.

Obijciet aliquis quonam pacto somnus (qui lenis est quies) potest esse Domini passio, quæ amarissima, & crudelissima est cædes? Fallitur obijciens: hoc amoris, si nescis, prodigium extat, qui suaues cruciatus reddit, ipsamque mortem dulcem. S. Paulus amore, quo Deum insequebatur, dulcia tormenta reperisse testatur: REPLETVS SVM CONSOLATIONE, SVPERABVNDO GAVDIO IN OMNI TRIBVLATIONE: Si Apostoli charitas (qui non tanto in Christum ardebat amore, quanto ille in genus humanum) cruciatus in voluptates, tribula- D 2. Cor. 7. 4.

A bulationes in consolationes commutabat: Cur suam
non poterit Redemptor passionem & mortem, quietem & somnum appellare? Quod si dicto meo non
statis, Dauid prophetæ verbis saltem fidem adhibete, qui in Christi persona de Cruce pendentis loquens, hæc habet: VOCE MEA AD DOMINVM CLAMAVI, ET EXAVDIVIT ME DE MONTE SANCTO SVO (qui Caluarius mons est) VOCE MEA AD DOMINVM CLAMAVI: Psalm. 3. 5.
B Clamorem narrat Matthæus Christi in Cruce: CIRCA HORAM NONAM CLAMAVIT IESVS VOCE MAGNA: Matt. 27. 46.
Idem Paulus asserit ad Hebræos scribens: CVM CLAMORE VALIDO, ET LACRYMIS OFFERENS EXAVDITVS EST PRO SVA REVERENTIA: En cum prece, & clamore exaudita oratio, vt in Psalm. inquit Propheta: Mortem audire desideratis? IESVS AVTEM ITERVM CLAMANS VOCE MAGNA EMISIT SPIRITVM: Immediatè sequen- Hebr. 5. 7. Matt. 27. 47.
C tia verba in supra citato Prophetæ Psalmo adnotate; EGO DORMIVI, (en mors) ET SOPORATVS SVM (en sepulchrum, quod quietem vocat) ET RESVRREXI (en resurrectio post mortem subsequuta. hunc in modum Sanctorum Patrum cœtus concordi sententia exponit. Rectè ergo Christus, suam passionem quietem nuncupat: EGO DORMIO. Si hæc non sufficiunt, addam vlterius: Post Christi mortem, & resurrectio-
D nem, illius tumulum Petrus, & Ioannes petiere; narrat idem Ioannes, quod cum sepulchrum introissent se corpus Domini non inuenisse; sed lintea tantum disposita: VIDERVNT LINTEAMINA POSITA. Diuus Hilarius super hæc differens verba, inquit, VIDERVNT VTIQVE LINTEAMINA APPOSITA, VT DISCAS, POST MORTEM CHRISTI, MORTEM FACTAM FVISSE REQVIEM; En mors in quietem commutata: Ergo bene se habet: EGO DORMIO; nec Christi tantum; sed omnium Ioan. 20. 5. Hilar. in Ioan. 20. 5.
pruden-

A ſe Dominum non reperturum inquiſitione, ad præces confugit humili ſupplicatione, Cœlique Ciues inuocans, vt cordis eius pœnitentiam Domino repræſentarent, ſic orando.

ADIVRO VOS FILIAE HIERVSALEM, SI INVENERITIS DILECTVM MEVM, VT NVNCIETIS EI, QVIA AMORE LANGVEO. Thomæ dolentis animæ cæleſtes Spiritus dixere: QVALIS EST DILECTVS TVVS EX DILECTO, O PVLCHERRIMA MVLIERVM? QVALIS EST DILECTVS TVVS EX DILECTO, QVIA SIC ADIVRASTI NOS? bis eadem interrogauere, quia lacrymis laxas habenas dederat Thomas, primæ non reſpondit interrogationi; Ciues cœli duo ab ipſo petiere: primum nempe, non quem diligebat; ſed illius qualitatem: non quis; SED QVALIS EST DILECTVS TVVS EX DILECTO? Chriſtus per antonomaſiam Dilectus ex dilecto dicitur, vt Deus de Deo, lumen de lumine; eſt dilectus ex dilecto, & dilectus ex dilecta, & dilectus in dilecto, dilectus ex dilecto Patre, de dilecta Matre, in dilecto Fratre: ex dilecto genitus æternaliter, de dilecta temporaliter, in dilecto ſpiritualiter: Dauid Propheta Pſalmum, ſeu Panegyrim in Chriſti laudem texuit, illumque Cantici PRO DILECTO, titulo inſigniuit; idem namque eſt, & ſonat Chriſtus, & Dilectus, & è conuerſo: Dilectus ex dilecto nominatur, in cæterorum differentiam Dilectorum. Bis dilectum Aeternus Pater dixit; In Iordane ſemel, & in Thabor: HIC EST FILIVS MEVS DILECTVS; Aeterni Patris, & Matris dilectus, ſancti Spiritus opera conceptus, cui dilectio, & amor tribuitur. Perſona ſponſi, necnon qualitas Angelos non latebat; adhuc tamen petiere, quia ob-

Pſal. 44.

Matt. 3. 17. Marc. 17. 5.

lectantur laudibus ab hominibus Deo attributis ob amorem quo Deum, & homines prosequuntur, quæ in proprium nostrum redundant beneficium: vel dicere libet hoc peragisse nos edocturos, diuinis in rebus cautè procedendum esse, nec sibi ipsi fidendum, licet doctrina sanctitateque Angelus esset Dei. Secundum quæsitum fuit, cur ipsos hunc in modum precatus fuerit: QVIA SIC ADIVRASTI NOS? Primæ Thomas satisfecit interrogationi respondendo: DILECTVS MEVS CANDIDVS, ET RVBICVNDVS ELECTVS EX MILLIBVS. Inter humani corporis colores pulchriores in semet, candidus, & rubicundus, simulque mixti existimantur; Christus Diuina natura candidus extat: CANDOR EST LVCIS ÆTERNAE; natura humana rubicundus, qua media passionem subijt, sanguineusque apparuit: de ipso enim legitur: LAVIT NOS A PECCATIS NOSTRIS IN SANGVINE SVO. Christus in passione veste coccinea, & alba indutus fuit, ad expressionem veræ illus charitatis, & innocentiæ; nunc Isaiam audite, Christum cruciatum, & dilaceratum alloquentem, & interrogantè sic: QVARE RVBRVM EST INDVMENTVM TVVM? ELECTVS EX MILLIBVS, id est ex omnibus, quia illi similis reperiri nullatenus potest, Deus, & homo, homo, & Deus: DEVS, ET HOMO VNVS EST CHRISTVS.

A B C D (margin letters)

Sap. 7. 26.
Apoc. 1. 5.
Isa. 63. 2.

Prosequitur declarare qualitates singulares cælestis Sponsi, & quodammodo pingitur Christus (inquit Nyssenus) vt Deus homo, & mysticum caput Ecclesiæ. CAPVT EIVS AVRVM OPTIMVM; COMÆ CAPITIS EIVS SICVT ELATÆ PALMARVM, NIGRÆ SICVT CORVVS. In his paucis verbis tres inuenio difficultates. Prima est: si caput aureum est, flauescunt procul dubio capilli: si flaui, quomo-

Ex Symbolo S. Athan.
Greg. Nyss. hom. 13.

A modo rectis palmarum folijs, quæ virescunt, assimilantur? Si verò viridia sunt, vel aurata, qua ratione concludit, NIGRÆ SICVT CORVVS? Non me latet Ioannem in Apocalypsi, Domino album caput, & capillos candidos fuisse affirmare; CAPVT AVTEM EIVS, ET CAPILLI ERANT CANDIDI TANQVAM LANA ALBA, ET TANQVAM NIX; idemque Daniel asserit; quo pacto nunc denigrati sunt velut Coruus? Cuilibet notum est, senescente homine, capillorum colorem de flauo, vel nigro in album mutari; sed Deus senescit nunquam: TV AVTEM IDEM IPSE ES, ET ANNI TVI NON DEFICIENT; Eia ergo quid sentiam cum simplicitate dicam: ni fallor, tres sunt horum mysteriorum verborum partes; Prima, CAPVT EIVS AVRVM OPTIMVM; Secunda, COMÆ CAPITIS EIVS SICVT ELATÆ PALMARVM; Tertia, NIGRÆ SICVT CORVVS; In prima indicatur Spōsi Diuinitas: CAPVT EIVS AVRVM OPTIMVM; In secunda eiusdem Sponsi Humanitas: COMÆ CAPITIS EIVS SICVT ELATÆ PALMARVM; In tertia eiusdemmet Sponsi voluntaria passio, & pœnosissima cædes expressa in verbis; NIGRÆ SICVT CORVVS. Summa breuitate tangam omnia. Quoad primam partem: CAPVT EIVS AVRVM OPTIMVM, in

Apoc. 1. 14. Dan. cap. 7.

B

Ps. 101. 28.

C

D capite, & in auro figuratur Diuinitas ad mentem expositorum: Principium cuiusuis rei dicitur caput; sed Deus est principium omnium rerum; ergo caput: IN PRINCIPIO CREAVIT DEVS COELVM, ET TERRAM. incipit Moyses Genesim: IN PRINCIPIO ERAT VERBVM, incipit Ioannes suum Euangelium: Et ipsemet Dominus in Apocalypsi vocat se principium: EGO SVM ALPHA, ET OMEGA, PRINCIPIVM, ET FINIS. Christus etiam in Ioanne principium se nominauit: PRINCIPIVM,

Gen. 1. 1. Ioan. 1. 1.

Apoc. 1. 8. & 22. 13.

Ioan. 8. 25.

CIPIVM, QVI ET LOQVOR VOBIS. Si Christus est principium, ergo & caput. Apostolus scribens ad Corinthios declarat Christum esse caput Ecclesiæ: CAPVT ECCLESIAE CHRISTVS; CAPVT VERO CHRISTI DEVS; Verificatur ergò de Christo: CAPVT EIVS AVRVM OPTIMVM; aurum optimum designat naturam Diuinam, qua melior non est, nec reperiri potest. Declarat insuper dignitatem regalem Sponsi,& perfectissimã eius charitatem, vt docent Augustinus, Gregorius, Hilarius, Riccardus de sancto Victore in Psalm. Bonum, & optimum soli Deo conueniunt, à quo omne bonum prouenit: OMNE DATVM OPTIMVM, ET OMNE DONVM PERFECTVM DE SVRSVM EST; NEMO BONVS NISI SOLVS DEVS, ait Christus &c. Non omnis charitas aurum est optimum: De Iustis dicitur: TANQVAM AVRVM IN FORNACE PROBAVIT ELECTOS DOMINVS: aurum optimum solummodo cõpetit charitati Christi, quæ est summæ perfectionis: IN QVO SVNT OMNES THESAVRI SAPIENTIAE,ET SCIENTIAE DEI ABSCONDITI: Ideo in Apocalypsi legitur: SVADEO TIBI EMERE A ME AVRVM IGNITVM PROBATVM, VT DIVES FIAS: Aurum optimum nunquam mutatur, nec frangitur: optimum, quia alienum est ab omni mixtura imperfectionis; & sicut caput prę cęteris mẽbris diligitur, sic Deus, & Christus diligi debet: IN IPSO INHABITAT OMNIS PLENITVDO DIVINITATIS CORPORALITER: De Christo ergo verificatur.

A B C D

1. Cor. 11. 3 · Aug. ps. 67. · Gregor. 18. moral. · Hilar. in ps. 67. · Riccard. de S. Victore de Sõ. Nabucd. & alij. · Iacob. 1. 17. · Luc. 18. 19. · Sap. 3. 6. · Coloss. 2. 3. · Apoc. 3. 18. · Coloss. 2. 9.

CAPVT EIVS AVRVM OPTIMVM. COMÆ CAPITIS EIVS SICVT ELATÆ PALMARVM. Multi expositores, inter cæteros tres Patres apud Theodoretum, per comas Sponsi, Humanitatem Christi intelligunt: nã sicut caput à comis tegitur; sic Diuinitas ab ipsamet Humanitate tegebatur: hęc Humanitas similis

erat

A erat elatis palmarũ, quę maximè distã: à terra, virescũt semper, & ab aspectu cœli discedunt nunquam, copiosissimis, & dulcissimis fructibus abundantes: Quilibet Iustus assimilatur palmæ, ex dicto Prophetæ: IVSTVS VT PALMA FLOREBIT: Si Iustus similis est palmæ, quid de Iustificante dicemus? Procul dubio similis erit elatis palmarum, propter sublimem excellentiam suæ summæ virtutis, cælestium cogitationum Psal. 91. 13.

B diuinæ pulchritudinis, innocentię, & charitatis; adeò vt cęlum de propinquo intueri videatur. Sed hic oritur noua difficultas in ipsismet verbis: COMÆ CAPITIS EIVS SICVT ELATÆ PALMARVM: Si caput vnum est; ergo coma vna, non comæ in numero plurali, vt hic dicitur. Deinde si pro coma Christi Humanitas intelligitur (vt affirmant Expositores) hęc vna tantum; Ergo dicere debebat coma, & non

C comæ. Omnia Dei Verba mysterijs plena; Caput vnum est, & vna tantum Humanitas; Verum hæc Humanitas constabat ex anima, & corpore, & tam anima, quam Corpus Domini sursum tendebat semper, vt elatæ palmarum; nam si membra hoc facere debent ex doctrina Apostoli: QVAE SVRSVM SVNT QVAERITE, QVAE SVRSVM SVNT SAPITE, NON QVAE SVPER TERRAM: quanto magis caput? Quid Scribis, & Pha- Colos. 3. 1. 2

D risæis Christus Dominus dicat, audite: VOS DE DEORSVM ESTIS, EGO DE SVPERNIS SVM.: Ergo similis elatis palmarum. Palma Christi crucem significat, in qua victus est Diabolus, & redemptus est mundus, ad mentem Gregorij, & Hieronymi, adeò vt verum fit dicere de ipsamet Humanitate Sponsi: COMÆ CAPITIS EIVS SICVT ELATÆ PALMARVM, & de fidelibus eius membris: OMNE QVOD NATVM EST EX DEO, VINCIT MVNDVM. Ioan. 8. 23. Gregor. in Cant. 7. Hier. in Iob. 29. Ioan. 5. 4.

Nunc

Nunc restat videre : NIGRÆ SICVT CORVVS. A
Diuus Bernardus applicat verba ; CAPVT EIVS AVRVM OPTIMVM , Christo ; cætera verba, mẽbris Ecclesiæ , quæ quoniam ex bonis , & malis constat , & omnes ortum ducunt à Christo tanquam comæ à suo capite , quod vnum est ; non tamen eodem modo omnibus apparet : in Iustis gloriosum, SICVT ELATÆ PALMARVM : in peccatoribus deforme, tanquã caput spinis hirsutũ; NIGRÆ SICVT COR- B
VVS : En verba Sancti : QVAM DIVERSA SACRI VERTICIS ORNAMENTA ! VTRIVSQVE EST CAPVT VNVM: SED NON VNO EODEMQVE MODO MEMBRIS OMNIBVS EXHIBETVR : QVIBVSDAM CAPVT GLORIOSVM APPARET (en COMÆ CAPITIS EIVS SICVT ELATÆ PALMARVM) QVIBVSDAM VERO , VT SPINIS HIRSVTVM CAPVT : (en NIGRÆ SICVT CORVVS :)
Vnde Ieremias dixit; QVOMODO OBSCVRATVM EST AV- C
RVM, ET MVTATVS EST COLOR OPTIMVS ! (scilicet auri, in nigredinem corui .) Nigredo est color obscurus , luce carens , contrarius albedini ; albedo significat pulchritudinem , innocentiam , lętitiam , & vitam (ad mentem Expositorum) ergò à contrario sensu , nigredo , quæ est triplex ; Prima peccati : DENIGRATA EST SVPER CARBONES FACIES EORVM, ET NON SVNT AGNITI IN PLATEIS : Secunda afflictionis : nam dolor D
denigrat carnem ; Tertia humilitatis : NIGRA SVM: SED FORMOSA (hæc autem in coruo est maxima , & repræsentat peccatorem , scilicet Christum IN SIMILITVDINEM CARNIS PECCATI ;) Symbolum erit sũmæ deformitatis , extremi doloris , & pœnosissimæ mortis . Nunc videamus si hæc extiterunt in Christo capite : Quantum ad deformitatem, audite Isaiæ verba : QVIS CREDIDIT AVDITVI NOSTRO ? (si dicamus

Ber. serm. 5. in fe t. omn. Sanct.

Ber. ser. 50. in fest. omn. Sanct.

Ier. 4. 1.

Thren. 4. 8.

Isa. 53. 1.

nempe

A nempe deformem) SPETIOSVM FORMA PRAE FILIIS HOMINVM: (& tamen verum,) NON EST SPECIES EI, NEQVE DECOR, ET VIDIMVS EVM, ET NON ERAT ASPECTVS, ET QVASI ABSCONDITVS VVLTVS EIVS, ET DESPECTVS, VNDE NEC REPVTAVIMVS EVM. Quantum ad dolorem animæ, & corporis, ipsemet Christus clamabat: TRISTIS EST ANIMA MEA VSQVE AD MORTEM: Imo proponebat se tanquam obiectum incomparabilis doloris; Matth.26.8.

B O VOS OMNES, QVI TRANSITIS PER VIAM, ATTENDITE, ET VIDETE SI EST DOLOR, SICVT DOLOR MEVS: attendite dolorem animæ,& videte dolorem corporis: vnde ab Isaia Christus vocatur, VIR DOLORVM: Non obstante eius summa beatitudine, qua fruebatur in superiori portione animæ suæ,quantum ad obiectum principale: in parte tamen inferiori animæ summum sentiebat dolorem, vt docent Theologi, vnde ipsa- Thren.1.12. Bonau. in 2. dist. 16. ar.2. qu.1.

C met Humanitas, quantum ad sensus externos, & internos, nigra erat sicut coruus, propter extremum dolorem, NON HABENS CONSOLATOREM. In essentia pulchra erat columba: in apparentia, nigra sicut coruus: ET CVM SCELERATIS REPVTATVS EST. ita explicat hunc locum Honorius Augustodonensis in Libello cui titulus est Sigillum B. Virginis, &c. eandem fere sententiam habent Riccard. Philo, Beda in hunc Thren.1.9. Scotus in 3. dist.15. q.1. Isa.53. 12. Isic.in Leuit. 13.

D locum, & Gregor. lib. 34. moral. cap. 13. Gregor. in Cant. 7.

Vel dicamus cum Isyc. Greg. & Rup. quod capilli cogitationes sunt, & Dei iudicia hominibus impenetrabilia: IVDICIA TVA ABYSSVS MVLTA: hæc veluti erecta sunt palmarum folia, cœlum semper inspectantia, non palmæ; sed palmarum, quia vincunt semper, perdunt nunquam, tam in Cœlo, quam in terra, qualibet non obstante potentia hominis, seu Diaboli dolo. IVDICIA DOMINI VERA IVSTIFICATA IN SEMETIPSA: Rupert.in Cant.7. Psal.35.7. Psl.118.39.

A EGO DORMIO, ET COR MEVM VIGILAT. EGO DORMIO, quo ad corpus; ET COR MEVM VIGILAT, quo ad animam, quæ tribus illis in diebus Christi corpore in tumulo dormiente, eius sanctissima Anima vigiles, & insomnes traducebat dies; quę in Lymbum descendit, sanctos Patres illo tetro è carcere ereptura simul, & liberatura. Post tertiam diem Anima corpori denuò vnita, deuicta morte

B triumphans Apostolis se se obtulit inspiciendum, à quibus aberat Thomas, vt Sanctus Ioannes scribit: THOMAS AVTEM VNVS EX DVODECIM NON ERAT CVM EIS QVANDO VENIT IESVS; Timore namque correptus Thomas, iuxta Philonis Carpathij, aliorumque sententiam, de Magistri cæde, fugiens vagabatur; & ne Christi Discipulus existimaretur, vestem, qua induebantur Apostoli, exuerat, vt nostris in temporibus Ioan. 20. 24.

C peragunt Religiosi. Apostolos Tunicas induisse ex Christi verbis per Euangelistas relatis possumus affirmare: NOLITE POSSIDERE NEQVE AVRVM, NEQVE ARGENTVM, NEQVE DVAS TVNICAS; Ergo vnam tantum seruari volebat; NEQVE CALCEAMENTA; illosque nudis pedibus incedere pręcipiebat. De tunica idemmet Christus aperte loquitur, Apostolis imperās: VENDAT TVNICAM SVAM, ET EMAT GLADIVM; Ergo pos- Matth. 5. 40. Luc. 10. 4. Marc. 10. 10 Luc. 22. 36.

D sidebant. Rediuiuo Christo (inquit Carpathius) Apostoli Thomam adierunt, illumque animaturi, Præceptorem resurrexisse significauere, illum semet vidisse testantes: DIXERVNT ERGO EI ALII DISCIPVLI: VIDIMVS DOMINVM: Verbum ERGO illorum sermonem per longum fuisse demonstrat, hæc autem conclusio fuit: rediuiuum vidimus Dominum. Thomas è contra pro eo vt fidem decem socijs, idem asserentibus, adhiberet, mortuum resurrexisse Præceptorem affir- Ioan. 20, 25.

mantibus: Simplices (inquit) estis, credere, delusos, & A
derisos miror, & existimo: illos, non equidem fallimur,
respondisse (facile mihi persuaderem) . Nostris
oculis vidimus, illum fuimus alloquuti, & tetigimus
manibus ; quod si nobiscum pergere vis, facile iterum apparebit, Victoremque tu quoque respicies rediuiuum. Respondit Thomas, non credo, nec vnquam
(licet oculis inspicerem) credam ; oculorum enim acies sæpè fallitur: non videre tantum , & tangere ; B
verum etiam pertractare, digitosque meos in vulnerum foramina inferre, manumque, eius in latus con-
Ioan. 20. 25. cupisco, alias credam nunquam. ILLE AVTEM DIXIT EIS : NISI VIDERO IN MANIBVS EIVS FIGVRAM CLAVORVM , ET MITTAM DIGITVM MEVM IN LOCVM CLAVORVM, ET MITTAM MANVM MEAM IN LATVS EIVS, NON CREDAM : Christus errantes oues non deserens , hoc temporis spatio, nempe dierum octo, Thomæ durum C
& incredulum cor pulsabat, & alloquebatur : ECCE
Apoc. 3. 20. STO AD OSTIVM, ET PVLSO : SI QVIS AVDIERIT VOCEM MEAM, ET APERVERIT MIHI IANVAM, INTRABO AD ILLVM, ET COENABO CVM ILLO ; Celestem Thomas inspirationem noscebat , talemque fatebatur : VOX DILECTI MEI (Christi scilicet) PVLSANTIS ; magna illum Christus benignitate inuitabat : APERI MIHI SOROR MEA : ipsum animabat, ne vt D
Iudas se deperditum reputaret, roborabat : Animam illam sororis nomine vocando, transactam fidelita-
Matt. 12. 50. tem repræsentabat : QVICVMQVE FECERIT VOLVNTATEM PATRIS MEI QVI IN COELIS EST, IPSE MEVS FRATER, ET SOROR, &c. Ecce, SOROR MEA : familiaritatem illi, & amorem inter se transactam memorabat :
Ioan. 15. 15. AMICA MEA : IAM NON DICAM VOS SERVOS ; VOS AVTEM DIXI AMICOS : COLVMBA MEA ;
ipsum

A ipsum digitos, & manus in latus inferre hoc nomine permittebat, & promittebat; COLVMBA MEA, (hęc fere verba cum eo habere Christus videbatur) hæc viuæ Petrę foramina (eiusdem nempe Christi) subire nidificatura, exoptas? contentus sum: IMMACVLATA MEA: Anima Baptismatis sacra vnda lustrata, meoque cruore;non Sponsam vocat;(quia à fide aberrauerat) His omnibus titulis erat decorandus,
B vt veniæ spem amplecteretur Thomas,& vt omnem amoueret suspicionem indignationis, & ostenderet se nullo pacto illius culpæ memorem esse: roboraturusque magis, magisque mollificaturus, quanta sponte, & pro eius amore perpessus fuerit, recenset, præcipueque in passionis nocte, tunc cum intensissimo dolore FACTVS EST SVDOR EIVS SICVT GVTTAE SANGVINIS DECVRRENTIS IN TERRAM; Thomæ ergo Luc. 22. 44.
C dicit: APERI MIHI, QVIA CAPVT MEVM PLENVM EST RORE, ET CINCINNI MEI GVTTIS NOCTIVM. QVIA CAPVT MEVM, (totum pro parte accipit) hoc est, corpus meum,& capilli mei, sanguinem pro sudore, in tuam salutem emanarunt: ROREM, cruentum sudorem, & guttas eiusdem sanguinis nuncupat vbertatem: SICVT GVTTAE SANGVINIS DECVRRENTIS IN TERRAM. Hunc Luc. 22 45.
D locum sic exponunt Rupertus,& Paulinus Nolæ Episcopus, & Iacobus Gordonus tom. 2. in Cant. Vel cum Augustino dicamus, Gregor. in Cant. 5. Rupert. in Cant. 5. & Ambrosio, qui hæc verba non de naturali capite, qui Christus est, interpretantur: sed de mystico, nempe Petro; non secus, ac si diceret: Ne Thomas desperes, quia & meum quoque mysticum caput, hoc est Petrus, prius ardens, nunc rore refertum existit, meo nunc in amore frigescit: CA-

PVT MEVM PLENVM EST RORE, ET CINCINNI MEI, cæteri ſcilicet mei Diſcipuli, tui ſocij, illo meo in amore frigidiores exiſtunt; ET CINCINNI MEI GVTTIS NOCTIVM: In Paſſionis namque noɗe, & duobus ſequentibus diebus, cum mortuum, & ſepultum ſuum inſpexiſſent Præceptorem, non eò tantum timoris, verum etiam confuſionis, & terroris deuenerunt, vt in Chriſti amore penitus friguerint; hanc noɗem, & rorem nuncupat; qui à Solis abſentia ortum ducit, noɗuque præſertim cum Sol ſub terris, quaſi in tumulo celatur, cadit, Sol eſt Chriſtus Ieſus: SOL IVSTITIAE CHRISTVS, qui de ſemetipſo dixit: EGO SVM LVX MVNDI; tribus illis in diebus (qui noɗes diſcipulis fuere) quibus Domini corpus tellus clauſit (ſepulchrum videlicet) tantus myſticum caput operuit ros, & capillos, hoc eſt, reliquos Apoſtolos, qui non ſolum in charitate friguerunt; verum etiam fide, & ſpe; vt ferè in illis extinguerentur: NON NE ARDOREM REFRIGERABIT ROS, inquit Eccleſ. En ros; nox, quæ tenebris volutatur, referat ignorantiam; hoc totum illorum ab ignauia originem prouueniebat; illis enim paſſionem ſuam prædixerat Dominus, mortem, & reſurreɗionem: ECCE ASCENDIMVS HIEROSOLYMAM, ET CONSVMMABVNTVR OMNIA, QVAE SCRIPTA SVNT PER PROPHETAS DE FILIO HOMINIS: TRADETVR ENIM GENTIBVS, ET ILLVDETVR, ET FLAGELLABITVR, ET CONSPVETVR: ET POSTQVAM FLAGELLAVERINT, OCCIDENT EVM, ET TERTIA DIE RESVRGET; Illi verò non intellexerunt: ET IPSI NIHIL HORVM INTELLEXERVNT, ſcribit Lucas. Thomas, qui præ cæteris friguerat, pro eo vt Domino reſponderet; ſe tunicam exuiſſe diɗitabat: EXPOLIAVI ME TVNICA MEA: QVOMODO IN-

Margin notes: A (beside line 1); B (beside "nitus friguerint"); Ioan. 8. 12. (beside "Sol eſt Chriſtus"); C (beside "eſt, reliquos Apoſtolos"); Eccl. 18. 16. (beside "extinguerentur"); Luc. 18. 32. (beside "ECCE ASCENDIMVS"); D (beside "BVNTVR OMNIA"); Luc. 18. 34. (beside "TIA DIE RESVRGET").

A DO INDVAR ILLA ? Pudebat illum iterum se tunica vestire, & insuper pedes, aiebat, LAVI, (caligas, & calceamenta indui) pedes, inquinare; denuoque exuere piget: LAVI PEDES MEOS, QVOMODO INQVINABO ILLOS ? Dominus, qui prout opus exigit, præsidia auget, & nunquam sua gubernatione destituit, quos in soliditate suę dilectionis instituit; nil prorsus Thomæ induratum cor Orat. Dom. infra octauã Corp. Christi.
B inspirationibus tenescere videns; post octo dies illius in animæ salutem, iterum Apostolorum oculis se se præbuit inspiciendum, cum quibus Thomas aderat: ET POST DIES OCTO ITERVM ERANT DISCIPVLI EIVS INTVS, ET THOMAS, CVM EIS; VENIT IESVS IANVIS CLAVSIS, ET STETIT IN MEDIO, ET DIXIT: PAX VOBIS: omnibus salute indicta, se ad Thomam conuertit, magnaque cum beneuolentia dixit: DEINDE Ioan. 20. 26.
C DICIT THOMAE: Ergo ne me rediuiuum Thomas non credis? ni digitos in meorum vulnerum foramina intuleris, & manus in latus? contentus sum: INFER DIGITVM TVVM HVC, ET VIDE MANVS MEAS, ET AFFER MANVM TVAM, ET MITTE IN LATVS MEVM. Thomas tunc obediuit, ad mentem Gregorij homil. 29. in Euangelia; Ideo sequitur in Cantica: DILECTVS MEVS (nempe Thomas, à Deo dilectus)
D MISIT MANVM SVAM PER FORAMEN, in Christi latus manum intulit: Hac in manus illatione Saluator intremuisse visus fuit, non secus ac passibilis fuisset: ET VENTER MEVS INTREMVIT AD TACTVM EIVS, illique dixit: NOLI ESSE INCREDVLVS; SED FIDELIS. In manus immissione in vulnera, ab illis prodigiose sanguis effluxit, adeo vt digiti manusque Thomæ sanguinem distillauerint: MANVS MEÆ STILLAVERVNT MYRRHAM,

ET DI-

ET DIGITI MEI PLENI MYRRHA PROBATISSIMA (viui ſanguinis Domini .) Vt tantum vidit prodigium Thomas , illico cordis durities infracta eſt: vnde ſequitur in Cantica : SVRREXI (ab infidelitatis labe) VT APERIREM (per claram confeſsionem cordis , & oris) IANVAM DILECTO MEO, (Chriſto videlicet) exclamando , vt ſcribit Euangeliſta : DOMINVS MEVS , ET DEVS MEVS . cui reſpondit Chriſtus ; QVIA VIDISTI ME THOMA CREDIDISTI : & ſubito velut aura euanuit . Thomam in Domini vulnerum foramina digitum, & manum intuliſſe ab ipſiſmet Chriſti verbis reperio : QVIA VIDISTI ME THOMA, CREDIDISTI; de ſimplici oculorum intuitu non loquebatur ; rediuiuum omnes viderant Apoſtoli ; VIDIMVS DOMINVM ; Omnibus ergo dicendum erat, quia rediuiuum vidiſtis, credidiſtis ; non Thomæ ſolum . Inſuper animaduerto, decē Apoſtolos illū nō tantum vidiſſe; verum etiam, vt primū apparuit, tetigiſſe. Lucas Euangeliſta ſcribit , quod EXISTIMABANT SE SPIRITVM VIDERE : Chriſtum in carne rediuiuum non arbitrantes ; ſed illius ſpiritum : illos enim , vt certiores faceret Dominus , dixit : EGO IPSE SVM , (carne , & oſsibus compactus , non meus ſpiritus;) PALPATE , ET VIDETE , QVIA SPIRITVS CARNEM , ET OSSA NON HABET , SICVT ME VIDETIS HABERE . Primo intuitu , an ſpiritus , vel vere rediuiuum corpus eſſet, non ſatis diſtinguere poterant viſu: tactus, vt clare noſceretur , requirebatur . Ioannem , quid in ſua prima Canonica , ſuo , ſociorumque nomine ſcribat , audite ; QVOD VIDIMVS OCVLIS NOSTRIS; En verus intuitus : QVOD PERSPEXIMVS, magna cum diligentia reſpexere ; ET MANVS NOSTRAE CONTRECTAVERVNT DE VERBO VITAE(hoc eſt Chriſto) nam ipſemet Dominus

Luc. 24. 37. | Io. cap. 1. 1. | A B C D

dixerat

A dixerat illis, PALPATE, ET VIDETE. nunc verò, si cæteri Apostoli viderant, illumque manibus pertractarunt, cur vni Thomæ dicit; QVIA VIDISTI ME, THOMA, CREDIDISTI; non autem omnibus? Respondeo Thomæ aspectum à sociorum intuitu diuersum fuisse; Viderunt Apostoli, & contrectarunt; sed leuiter, vt Præceptor imperauerat; PALPATE, ET VIDETE; sed manus in Domini latus, & vulnera immittere ausi non sunt, sicut
B Thomas, vt crederet, prout dixerat: NISI VIDERO, ET TETIGERO: nec hoc contentus, ET MITTAM &c. de hoc cum illo Saluator querebatur, nempe (vt dixerat) quasi vulnera renouare voluisset, manus, digitosque in illorum foramina inferendo; QVIA VIDISTI ME THOMA, (intelligitur prout dixisti;) Duritie ergo cordis Thomæ expurgata; PESSVLVM OSTII MEI APERVI DILECTO MEO (scilicet Christo
C Saluatori) resurrectionis fidei locum dedit, qui dicto, QVIA VIDISTI ME THOMA CREDIDISTI, illico disparuit; AT ILLE DECLINAVERAT; ATQVE TRANSIERAT. Thomas pœnitentia ductus, infidelitatis veniam exposcendi cupidus, sibi à Præceptore dictorum verborum memor, QVIA VIDISTI ME, THOMA, CREDIDISTI; dolore conficiebatur; ANIMA MEA LIQVEFACTA EST (inquit Thomas, VT LOQVV-
D TVS EST (CHRISTVS.) Deus Iustus, nostris gestis par pari refert, & rependit, Thomam diù, vt crederet (vt ita dixerim) Dominus exorauit, fas erat, vt diù ab illo Dominus quæreretur antequam inueniretur. Ita ille in Prouerbijs inquit; QVIA VOCAVI, ET RENVISTIS: EXTENDI MANVM MEAM, ET NON FVIT, QVI ASPICERET: EGO QVOQVE, &c. & paulò post; INVOCABVNT ME, ET NON EXAVDIAM: MANE CONSVRGENT, ET NON INVENIENT ME. hoc Thomæ accidit; AT Prou. 1.24.
ILLE

A nis et malis constat, & Christus diligit omnes tanquam oculos suos, nunc ad distinctionem oculorum Domini hic declarat, de quibus oculis loquatur, scilicet de mundis; OCVLI EIVS SICVT COLVMBÆ, &c. oculi Domini purissimi, & lucidissimi cognoscunt, & clarè vident immunditias peccatorum: se tamen non inquinantes; sed sicut innocentissimæ columbæ aliorum calamitates per charitatem gemé-
B tes, vt de ipsomet Domino narrat Lucas: VIDENS CIVITATEM FLEVIT SVPER ILLAM; De Lazaro similiter peccatoris figura, legitur: INFREMVIT SPIRITV, TVRBAVIT SEMETIPSVM, ET LACRYMATVS EST IESVS: En oculi eius sicut candidissimæ columbæ, sine fele, SVPER RIVOS AQVARVM, quia sua, & cæterorum peccata lacrymabantur; loquor de Apostolis; quapropter illis dixit Iesus: BEATI QVI LVGENT, &
C alibi: BEATI QVI NVNC FLETIS; & in Ioanne illos suam cædem fusis lacrymis plancturos prædixit, & vna simul, velut columbas gloriosam resurrectionem decantaturos: AMEN AMEN DICO VOBIS, QVIA PLORABITIS, ET FLEBITIS VOS (ob meam mortem) MVNDVS AVTEM GAVDEBIT (propter eandem) VOS VERO CONTRISTABIMINI; SED TRISTITIA VESTRA VERTETVR IN GAVDIVM (ob meam resurrectionem.)
D Sed quoniam nunc loco Apostolorum succedunt Episcopi, qui speculatores latinè interpretantur; vnde Paulus ab Hebræos scribens dicit: OBEDITE PRAEPOSITIS VESTRIS, ET SVBIACETE EIS, IPSI ENIM PERVIGILANT, QVASI RATIONEM REDDITVRI PRO ANIMABVS VESTRIS; his Dominus dixit in Apostolis: ESTOTE PRVDENTES SICVT SERPENTES, ET SIMPLICES SICVT COLVMBAE; Ecce oculi eius sicut columbæ. In hac mystica parabola quatuor mihi videntur

Luc. 19. 41.
Ioan. 11. 34.
Matth. 5. 5.
Luc. 6. 21.
Heb. 13. 17.
Matth. 10. 16.

dentur considerandæ conditiones. Prima est in ordine ad substantiam, vt ita dicam, similitudinis oculorum, cum columbis. OCVLI EIVS SICVT COLVMBÆ. Secunda, in ordine ad statum expressum in verbo, SVPER RIVOS AQVARVM. Tertia, in ordine ad qualitatem singularem; QVÆ LACTE SVNT LOTÆ. Quarta tandem, in ordine ad locum: ET RESIDENT IVXTA FLVENTA PLENISSIMA. Quantum ad substantiam similitu- B
dinis; oculi Domini erant Apostoli, vt supra probauimus; nunc temporis sunt Episcopi, qui similes Columbis esse debent in puritate, mansuetudine, perspicacitate, simplicitate, & charitate, in columbis figurata; & hæc quantum ad substantiam similitudinis. SVPER RIVOS AQVARVM, verbum, SVPER, indicat eminentiam, & potestatem, ait Genebrardus. SVPER RIVOS AQVARVM: aquę C
Apoc.17.15. populi sunt, & gentes. Sic declarauit Spiritus sanctus in Apocalypsi: AQVAE QVAS VIDISTI, POPVLI SVNT, ET GENTES; Episcopi autem habent potestatem ordinis, & iurisdictionis supra populum: En OCVLI EIVS SICVT COLVMBÆ SVPER RIVOS AQVARVM. Dicit: SVPER RIVOS, quia ab ortu vsque ad occasum (qui sunt riui eiusdemmet aquę) idest populi, super populum seruant potesta- D
tem; ergò benè procedit. Tertia, est qualitas singularis expressa in verbis: QVÆ LACTE SVNT LOTÆ. Episcopi non solum vnda Baptismatis abluti sunt; sed sanguine Iesu Christi; sic fatetur de seipso & de socijs Apostolis (qui erãt Episcopi) ipsemet Io-
Apoc.1.5. annes. QVI DILEXIT NOS (loquitur de Christo) ET LAVIT NOS A PECCATIS NOSTRIS IN SANGVINE SVO ET FECIT NOS REGNVM (quia Episcopi æquiparantur Regibus)

A Regibus) ET SACERDOTES. Verba sunt clara, idem confirmat in cap. 14. de Sacerdotibus loquens, & martyribus. LAVERVNT STOLAS SVAS, ET DEALBAVERVNT EAS IN SANGVINE AGNI, iuxta precem quam quilibet Sacerdos dum induit se vestibus sacerdotalibus, ad Deum fundit. DEALBA ME DOMINE, ET MVNDA COR MEVM, VT IN SANGVINE AGNI DEALBATVS &c. Sanguis ergò Christi ad instar est B lactis, lauat simul, & dealbat. Si maternus amor conuertit proprium sanguinem in substantiam lactis, quantò magis Christi amor? Ergò de illis bene dicitur. QVÆ LACTE SVNT LOTÆ. Vltima restat conditio. ET RESIDENT IVXTA FLVENTA PLENISSIMA. Saluator noster in Ioanne declarauit quemlibet fidelem tantam aquę abundantiam gratiarum Spiritus sancti in se recipere, vt fluminiC bus possit assimilari. QVI CREDIT IN ME (sicut dicit scriptura) FLVMINA DE VENTRE EIVS FLVENT AQVAE VIVAE:. HOC AVTEM DIXIT DE SPIRITV, QVEM ACCEPTVRI ERANT CREDENTES IN EVM. Si hoc verum est de fidelibus, quid de Episcopis primitias spiritus habentibus dicemus? eos vocat Propheta, flumen Dei. FLVMEN DEI REPLETVM EST AQVIS. Hi præ cæteris tantum donis, & charismatibus Spiritus D sancti abundant, vt Sacerdotibus personam ipsam Spiritus sancti communicare dicantur. ACCIPITE SPIRITVM SANCTVM: QVORVM REMISERITIS PECCATA, REMITTVNTVR EIS, &c. Sileo ego, & hoc vestro prudentissimo iudicio remitto. Canticam prosequamur.

Apoc. 7. 14. Isa. 44. 3. Ioel. 28. Ioan. 7. 38. Psal. 64. 10.

GENÆ ILLIVS SICVT AREOLÆ AROMATVM CONSITÆ A PIGMENTARIIS. Alias in eadem Cantica Spiritus sanctus iisdem genis attribuit

buit similitudines. In primo capite: GENÆ TVÆ A
Cant. 1. 9. SICVT TVRTVRIS; de genis secundæ Sponsæ, nempe Beatæ Virginis loquitur: Superiori in capite:
Cant. 4. 3. SICVT FRAGMEN MALI PVNICI, ITA GENÆ TVÆ; & de tertiæ Sponsę genis intelligit, hoc est Ecclesiæ: Hoc vero in præsenti capite genas paruo; sed valdè decenti loco, in quo pretiosa aromata diligens agricola seminauerit, assimilat. Vt meliùs intelligamus, ad memoriam reuocandum est, in præsentis capi- B
tis exordio, cælestem Sponsum à casta Sponsa deliciosum in viridarium animę suæ fuisse inuitatum: VENIAT DILECTVS MEVS IN HORTVM SVVM: Animam Sponsam hortum esse isdemmet
Cant. 4. 12. Sponsus fatetur in fine huius superioris capitis: HORTVS CONCLVSVS SOROR MEA SPONSA, HORTVS CONCLVSVS. Si anima hortus est, in illo loculi disponuntur, vt varia ferantur florum ge- C
nera, & malorũ: Genæ vultus eximij, tres sunt partes considerandæ. Homines genis barbam nutriunt, quæ in illis virilitatem, prudentiam demonstrat, &
Ecclef. 8. 1. robur; cum scriptum sit: SAPIENTIA HOMINIS LVCET IN VVLTV EIVS. Mulieres verò perpolitas habent genas absque pilo, in illis suam magis magisque pulchritudinem, modestiam, verecundiam, honestatem, & mansuetudinem ostendunt. Triplex, inquam est D
color genæ, pallidæ, rubeæ, & barbatę: in pallore timorem, in rubore amorem, in barba honorem accipimus: hæc diuino Sponso possumus applicare; est Deus timendus vt Dominus, amandus vt Pater; ho-
Malac. 1. 6. norandus vt Deus: Vnde ipsemet ait: SI EGO DOMINVS, VBI EST TIMOR MEVS? SI PATER, VBI EST AMOR MEVS? SI DEVS, VBI EST HONOR MEVS? Mulierum genæ colore rosas æmulantur, & lilia, ambo flores,

A res, ſuam ob venuſtatem, & odorem omnibus acceptiſſimi; ſed ſtatim marceſcunt, iuxta illud: VNA DIES PEPERIT, PERDIDIT VNA DIES: Aromata nunquā; quinimò corpora, quæ marceſcerent incorruptibilia reddunt: & quia Virgines per genas acceptæ, ſine macula, ſua ſeruant corpora ſemper, hac de cauſa pretioſis aromatibus aſſimilantur. Dicet aliquis: plus Virgines lilium, quam aromata imitantur. Verum B quidem eſt: ideoque per genas, quæ proximiores ſunt oculis, & illis immediate ſubſunt (qui Apoſtoli ſunt) Mariā Magdalenā, cæteraſque Marias Apoſtolis pluſquam alij Sancti propinquiores, accipere poſſumus: hæ poſt Chriſti mortem EMERVNT AROMATA, VT VENIENTES VNGERENT IESVM: Aromata emerunt, & Gethſemani hortum adierunt, in quo tumulatus erat Dominus, illius corpus conditurae. Coniecturas equi- C dem ſolum in probationes ſeruo; ſed vt cogitatum fundem, eo, quod Dauid Propheta ſcripſit in Pſ. 115. vtar. Hanc, Rex ille contra Idololatras ad Dominum imprecationem habuit, nempe, vt illos ſuis operibus ſimiles redderet: SIMILES ILLIS FIANT, QVI FACIVNT EA &c. Cum ergo Deus ad miſericordiam ſit promptior, quam ad iuſtitiam, ſi hæc Dauid exoptabat, vt ſuam Deus exerceret iuſtitiam; cur nos hoc aliud D peregiſſe affirmare non poterimus, vt ſuam oſtentaret miſericordiam? Obſeruo, quod Eccleſia in feſto Sanctæ Mariæ Magdalenę legit, & applicat ei verba Canticę tertij, & octaui capitis, vt videre eſt in primo Nocturno; Ergo ei conueniunt: & in Epiſtola replicat eadem. Inſuper, Deus iuſtus eſt, par pari reddens: Magdalena, & cæteræ Mariæ, ob Chriſti amorem emerunt aromata; Ergo Chriſtus (liceat mihi ſic loqui) aromata illis debebat; hoc igitur debitum gra-

Marc. 16. 1.

Pſalm. 115.

gratitudinis exsoluturus illas celebrare voluit, aromatibus sui amoris emptis comparando: GENÆ ILLIVS SICVT AREOLÆ AROMATVM CONSITÆ A PIGMENTARIIS: Et quia Gethsemani hortum subierant, illum quoque ne laudibus careret suis, voluit nominare: GENÆ ILLIVS &c. Me de aromatibus cum proprietate loqui solum, ne æstimetis; sed etiam per significati similitudinem, nempe virtutum. Aromata non se tantummodo seruant; verum etiam & alia reddunt incorruptibilia; primum in nobis effectum Prudentia operatur; secundum cum Proximo Iustitia; Prægrandem spirant Aromata odorem; en cęterarum virtutum cœtus, hoc ęst Castitas, Charitas, Pietas, quę tanta, talisque in Magdalena erat, vt Apostolorum penè dixerim spiritum superarit. Procedamus vlterius. A B

Matt. 2. 11. Marc. 15. 23 Ioan. 19. 39. LABIA EIVS LILIA DISTILLANTIA MYRRHAM PRIMAM. Triplex est myrrha; prima dicitur PRIMA; secunda, confecta, aceto, & felle; tertia, electa. Primam obtulerunt Magi in Præsepio; Secundam Iudei in patibulo; Tertiam Ioseph in Sepulchro. & quia ipsemet Christus de sua passione loquebatur, incipiens à Natiuitate: ideò dicit. LABIA EIVS STILLANTIA MYRRHAM PRIMAM; LABIA duo sunt, simulque iuncta vnam efformant buccam, quæ loquelæ inseruit. Per Sponsi labia, hoc est Domini, vetus Testamentum intelligi posse existimarem, & nouum, quæ duo sunt; sed iuncta vnum formant Dei os, quod æternum exprimit Verbum: Verbum æternum vtroque in Testamento; in primo, vt in figura; in secundo, vt in figurato exprimitur: Dauid Prophetam loquentem auscultate: SEMEL LOQVVTVS EST DEVS, DVO HAEC AVDIVI &c. SEMEL LOQVVTVS EST DEVS C D

Psal. 61. 12.

A DEVS (ad intra Verbum æternum) DVO HAEC AVDIVI (ad extra) hoc eſt in veteri, & nouo Teſtamento, Chriſtus, incarnatum Verbum, Deus, & Homo, Homo, & Deus. DVO HAEC AVDIVI, miſericordiam, Diuinamque Iuſtitiam. Sed, vt inceptis ſiſtam, quid S.Lucas ſcribat in memoriam reuocate; Saluatorem nẽpe rediuiuũ Diſcipulis duobus in Emmaus proficiſcentibus apparuiſſe, illiſque eius de paſsione diſſe-
B rentibus, ſe ſocium in itinere adiunxiſſe, & ne ab incępto deſiſterent diſcurſu, illos in hunc modum interrogauit: QVI SVNT HI SERMONES, QVOS CONFERTIS AD INVICEM, ET ESTIS TRISTES? ET INCIPIENS A MOYSE, hoc eſt à veteri Teſtamento, & omnes Prophetas pervoluens, declarans, & exponens ſcripturis, ſua de paſſione loqui; & quæ in veteri Teſtamento adumbrata, in nouo cuncta adimpleta fuiſſe decla- Luc. 24.
C rauit: ET INCIPIENS A MOYSE, ET OMNIBVS PROPHETIS &c. & concluſit neceſſariò hæc perpeſſum fuiſſe, vt Cœlum tanta gloria ingrederetur: NON NE HAEC OPORTVIT PATI CHRISTVM, ET ITA INTRARE IN GLORIAM SVAM?

Labia Sponſę in confeſſione diſtillant myrrham primam, id eſt, voluntariam, Nunc Canticam reaſſumamus: LABIA EIVS LILIA DISTIL-
D LANTIA MYRRHAM PRIMAM. Domini verba lilia erant, quia de ſemet loquebatur, qui lilium eſt: EGO FLOS CAMPI, ET LILIVM CONVALLIVM; Lilium iſtud, ipſemet videlicet, myrrham primam ſtillabat, quia ſcripturas ſumens, quæ de ſua paſſione tractabant, ſimulque iungens, totam ſubſtantiam exhauſit, et extraxit ſuæ ſpontaneæ paſsionis, quæ prima eſt myrrha; vt de ijs, quę per ignem ſtillantur, peragitur. Ignem in Chriſti verbis deſideratis?

NON

Luc. 24. 32. NON NE COR NOSTRVM ARDENS ERAT IN NOBIS DVM A
LOQVERETVR IN VIA? Prosequamur vlterius.

MANVS ILLIVS TORNATILES AVREÆ, PLENÆ HYACINTHIS. Merito Sponsa post labia laudat manus, vt verba sequantur opera. Tres sanctus Spiritus conditiones Sponsi manibus tribuit; primam, TORNATILES; secundam, AVREÆ; tertiam, PLENÆ HYACINTHIS. Beda, Cassiodorus, & Philo Carpathius, verbum TORNATILES B
Christi manibus in Cruce fixis applicant, quę cũ rotundis clauibus transfixę fuissent, vulnera eius in manibus, eiusdemmet orbicularis figurę, & rotundæ remanserant, adeo vt turno elaboratæ viderentur. MANVS ILLIVS TORNATILES: Sanctum Spiritum hisce breuibus verbis gratias, & prodigia à Christo in publicum perpetrata beneficium innue-
Rup. Abb. in Cant. 5. re velle reputarem, cum Rupert. Abb. MANVS TOR- C
NATILES AVREAE SPONSI (inquit ipse) DESIGNANT MIRACVLA CHRISTI FACTA IN HVMANA CARNE EX VIRTVTE DIVINA; Manus namque, nostrarum sunt instrumenta operationum: hac igitur metaphora indicantur acta à Christo Domino facta militanti Ecclesiæ. MANVS ILLIVS TORNATILES: Christus Iesus circumeundo prædicabat, & in omnes vlla absque exceptione diuinas gratias diffundebat. Hoc D
Marc. 6. 6. Sanctus Marcus scribit. CIRCVIBAT CASTELLA IN CIRCVITV DOCENS. notate CIRCVIBAT IN CIRCVITV, quod turni proprium est: suas indifferenter omnibus gratias communicasse asserit sanctus Lucas: VIRTVS DE
Luc. 6. 19. ILLO EXIBAT, ET SANABAT OMNES. Tanta operatus est prodigia, & mirabilia pręter ab Euangelistis adnotata, vt innumerabilia prorsus Ioannes esse affirma-
Ioan. 21. 25. uerit: SVNT AVTEM, ET ALIA MVLTA, QVAE FECIT IE-
SVS,

A SVS, QVAE SI SCRIBANTVR PER SINGVLA, NEC IPSVM ARBITROR MVNDVM CAPERE POSSE EOS, QVI SCRIBENDI SVNT LIBROS. Quæ turno perpoliuntur rotunda ſunt, & perfecta, adeo vt in illis nec principium, nec finis poſsit reperiri; Diuinitatem ergò ſignificant, quæ principium neſcit, nec finem: Sanctus Spiritus Chriſtum ſuis in operibus, & prodigijs, ſe Deum demonſtraſſe innuere ſe mihi velle videtur. Turno elaborata celeriter perficiuntur; ita Chriſtus operabatur; & quia
B Dei verba ſunt facta: DIXIT, ET FACTA SVNT: Verbis prodigia illicò ſuſcitabat. ipſe Paralytico dixit; SVRGE TOLLE GRABATVM TVVM, ET VADE IN DOMVM TVAM; ET STATIM SVRREXIT ILLE, ET SVBLATO GRABATO ABIIT. Surdo, mutoque ſimul, ait illi: EPHPHETA, QVOD EST, ADAPERIRE: ET STATIM APERTAE SVNT AVRES EIVS, ET SOLVTVM EST VINCVLVM LINGVAE
C EIVS, ET LOQVEBATVR RECTE. Lazarum vocauit. LAZARE VENI FORAS, ET STATIM PRODIIT, QVI FVERAT MORTVVS; idipſum pluribus in locis reperietis, adeovt benè ſonet: MANVS ILLIVS TORNATILES AVREÆ: Aurũ lucet in bonum exemplũ, & charitatẽ, perfectiſſimum metallum, idẽ ſignificare vult, ac opera Dei perfecta eſſe: DEI PERFECTA SVNT OPERA. Dei manus tornatiles, & aureas ſimul exſpo-
D ſcitis? Eccleſ. audite. MIRABILIA OPERA ALTISSIMI, ET GLORIOSA, ET ABSCONDITA, ET INVISA OPERA ILLIVS. Adeo vt in illis humanus intellectus nec principium poſſit, nec finem inueſtigare. Vnde ſequitur: ET INTELLEXI QVOD OMNIVM OPERVM DEI NVLLAM POSSIT HOMO INVENIRE RATIONEM EORVM, QVAE FIVNT SVB SOLE, ET QVANTO PLVS LABORAVERIT AD QVAERENDVM, TANTO MINVS INVENIAT.

Marc. 2. 12.
Ioan. 5, 9.
Marc. 7. 35.
Ioan. 11. 44.
Deut. 32.
Eccl. 11. 4.
Eccl. 18. 18.

PLENÆ HYACINTHIS. Hyacinthus triplex; A
Primus flos est cęlestis coloris; Secundus pretiosa gẽma; Tertius pharmacum celebre. vno verbo, bona omnia tam temporalia, quam æterna de manu Dei
Iacobi 1.17 procedunt. OMNE DATVM OPTIMVM, ET OMNE DONVM PERFECTVM DESVRSVM EST, DESCENDENS A PATRE LVMINVM. APERIS TV (inquit Dauid Domi-
Psam. 14.4. no) MANVM TVAM, ET IMPLES OMNE ANIMAL BENEDICTIONE, tam temporali, quam æterna: & omnia B
opera illius ordinabat ad gloriam, & facta erant cælesti desiderio rerum æternarum: Sponsi manus, quo pacto esse debeant Sponsæ suæ, ostendunt: manus operantur, prębent, & accipiunt, dum omnia a Deo procedunt. Si nostras cupimus tornatiles esse manus, ad Deum gratiarum actione debent redire; & cum in prouerbijs legatur: VNIVERSA PROPTER SEMET-
Prou. 16.4. IPSVM OPERATVS EST DOMINVS: circulum ergò C
adstruere debemus, principium fini coniungendo; ita aiebat, & perficiebat Dauid. CIRCVIVI ET IMMOLAVI. Quod a Deo accepimus illi referre debemus; pari modo, quæ perficimus, propter ipsum peragere debemus. Antiquiores Christi fideles tanta
Psam. 26.6. æstuabãt charitate, vt quidquid possidebant in pauperes elargirentur: MVLTITVDINIS AVTEM CREDENTIVM
Act. Apost. 4. 31. ERAT COR VNVM, ET ANIMA VNA, ET ERANT ILLIS D
OMNIA COMMVNIA.

VENTER EIVS EBVRNEVS DISTINCTVS SAPPHIRIS, Duplex est venter, Sponsi, & Sponsæ: De ventre sponsi dicitur: VENTER EIVS EBVRNEVS DISTINCTVS SAPPHIRIS; Venter autem sponsæ dicitur, ACERVVS TRITICI VALLATVS LILIIS; VENTER pro corpore, aliquando accipitur. Venter, corporis debilior pars est, in Christo Hu-

A ſto Humanitatem repræſentabat, quam ad immortalitatem perduxit per ſuam reſurrectionem, illam ad dexteram Patris collocando, ſcribit Bernard. in Cantica, hoc dicere velle: DISTINCTVS SAPPHIRIS; in Carne noſtra mortali opera cæleſtia, & diuina faciebat. Humanitas Chriſti comparatur Ebori propter candorem, & fortitudinem oſtenſam in transfiguratione; in operibus ſuis cæleſtem oſtende-
B bat conuerſationem: puriſsima ſua in carne, & candidiſsima Ebori ſimili, caſtitatem in ebore expreſſam omnibus oſtendebat, & prædicabat. A Ieremia Propheta prędictum fuit: NAZARENI CANDIDIORES NIVE, RVBICVNDIORES EBORE ANTIQVO, ET SAPPHIRO PVLCHRIORES; Humanitas illa ſanctiſsima cęleſtibus affectibus, & diuinis exuberabat cogitationibus: vt ventrem mutaret in ebur, & homines faceret in Thren. 4. 7.
C humana carne cæleſtes, dicta factis comprobata fuerunt; Primi namque Chriſti fideles egeni, & debiles, per ventrem expreſſi, charitate victitabant, & prout tempus, & occaſio requirebat, non ſe infirma carne compactos; ſed pretioſis oſſibus, oſtendebant, ſe potius trucidari permittentes pro Cœlo, quam ad Terram flecti (vt ebur) pro mundo. Sic erit extremis illis temporibus in Chriſti fidelibus.
D CRVRA ILLIVS COLVMNÆ MARMOREÆ, QVÆ ÆDIFICATÆ SVNT SVPER BASES AVREAS. Illorum Chriſti fidelium ſtabilitatem, rectitudinem, fortitudinem, & immobilitatem proſequitur ſanctus Spiritus deſcribere, qui non longe à mundi fine aberunt, quos crura vocat, quia pedibus proximi erunt, qui ſunt extrema corporis pars; De his Ioannes in Apocal. verba habuit: QVI VICERIT FACIAM ILLVM COLVMNAM MEAM IN TEMPLO MEO; Apoc. 3. 12.

de ijſdem hic ſanctus Spiritus loquitur, & columnas A
vocat: CRVRA ILLIVS COLVMNÆ MARMOREÆ. Carne quidem illorum corpora compacta erunt de Terra procreata, vt marmor; ſed illius ſtabilitatis, & inflexibilitatis, eorumque inſuperabilis fortitudo, & robur, vt columnæ marmoreæ, adeo vt nullum de lapſu poſſit eſſe periculum, quælibet perpeſſura, in fide Dei fundata, ſpe, & charitate, quæ aureæ ſunt baſes perpetuitatis, non à natura, ſed ab B
1. Cor. 13. arte Diuini Amoris conſtructæ (CHARITAS NVNQVAM EXCIDIT) ſolidæ erunt columnæ, rectę, humiles, & adeo fortes, & conſtantes, vt nec tota poſſit infernalis potentia infringere: huius in figuram Chriſti Ieſus, crura, Deum frangi non permiſiſſe,
Gregor. & Rup. in Cātic. 5. Gregorius, & Rupertus affirmant: NON FREGERVNT EIVS CRVRA, ſcribit Ioannes 19. 33. Quod ſi tales erunt pedes, quid de capite alijſque membris C
Ioan. 19. 33. ſentiemus? Hoc totum corpus omnibus cum membris rectè diſpoſitis pulchrius illud reddet, ſpecioſius, & glorioſius Libano monte, quolibet ſub Sole admirabiliori, & eximiori reſidente; cuius ea laus eſt, vt cum quis ſatis ſuperque celebraretur, illi, Libani
Iſa. 35. 2. gloriam datam fuiſſe aſſereretur: GLORIA LIBANI DATA EST EI. Dicit ergo ſanctus Spiritus: SPECIES EIVS, VT LIBANI, extremæ pulchritudinis, ſummæ iucunditatis; ELECTVS VT CEDRI (miræ magnitudinis, & venuſtatis) fructus quoque extraordinaria vigebant magnitudine & odore, adeo vt cæteri fructus horū in aſpectu vileſcerent; Ita D
Plinius lib. 13. natu. hiſt. ſcribit Plinius lib. 13. naturalis hiſtoriæ, & aſſerit,
And. Mat. in ſuis cō. cap. 76. primi lib. Dioſ. Libani cedros à noſtris ſummopere differre. Eſt alia ſpecies cedri, quæ habet magnitudinem, ſaporem, & fragrantiam, & incorruptibilitatem differentem, vt diffu-

A diffuſius Andreas Matthiolus probat in ſuis cōmētarijs cap. 76. primi libri Dioſcoridis. De Virgine ſcriptis proditum eſt: QVASI CEDRVS EXALTATA SVM IN LIBANO; quinimò quolibet de Iuſto dicitur: IVSTVS VT PALMA FLOREBIT, ET SICVT CEDRVS LIBANI MVLTIPLICABITVR. Tales denique perfectiones extabant, vt humana ſatis eloquentia celebrare nequiret. ideo ſequitur. Eccl. 24. 27. Pſal. 91. 13

B GVTTVR ILLIVS SVAVISSIMVM, & vt omnia vno verbo complectar: TOTVS DESIDERABILIS. Bonum, deſiderabile eſt, & pulchrum: Ergo totum ſe bonum dicit, & pulchrum ſimul: & cum talis ſit, non elatus eſt corde; ſed humilis, & benignus adeo, vt à mea non abhorreat amicitia, nec ſpernat familiaritatem: TALIS EST DILECTVS MEVS, ET IPSE EST AMICVS MEVS, FILIÆ

C HIERVSALEM. Chriſtum Apoſtolos vocaſſe Amicos pluribus in locis Ioannes teſtatur: VOS AMICI MEI ESTIS; IAM NON DICAM VOS SERVOS &c. VOS AVTEM DIXI AMICOS &c. Benè ergo Thomas. In his paucis verbis; tria ſunt vocabula plena myſterio, ſcilicet. DILECTVS: AMICVS: FILIÆ HIERVSALEM; In primo oſtenditur dignus vt ametur ab eo: DILECTVS enim dicitur, quaſi dignus elec- Ioan. 15. 13. 14. & 20. Luc. 12. 4.

D tus, (à Deo ſcilicet, & ab hominibus:) In ſecundo gratulatur, quod ab ipſo ametur, ET IPSE EST AMICVS MEVS: In tertio deuotas animas inuitat vt ipſum ament, quoniam dignus eſt amari ab omnibus; TALIS EST DILECTVS MEVS, ET IPSE (quamuis talis ſit) EST AMICVS MEVS, qui imperfectus ſum; Ergo dignus eſt amari ab omnibus, FILIÆ HIERVSALEM.

QVO ABIIT DILECTVS TVVS, O PVL-

CHER-

CHERRIMA MVLIERVM ? QVO DECLINA- A
VIT DILECTVS TVVS , ET QVÆREMVS
EVM TECVM ? Sponſus abire, & declinare dici-
tur ſubtrahendo ſuã corporalem præſentiam à nobis.
Thomæ animæ, ſummum dolorem commiſerantes
Angeli, propter cæleſtis Sponſi abſentiam, illam, vt
conſolarentur, interrogauerunt: QVO ABIIT &c.
& quo proficiſci ſolet? vnaque cum illo ſe inquiſitu-
ros promittentes; nominant animam illam pulcherri- B
mam: Nam anima, quam tranſactorum pœnitet per-
petratorum ſcelerum, in Dei, & Cœli conſpectu ful-
get, & venuſtiſſima apparet, regnatura cum Chriſto
Sponſo in ſæcula ſæculorum.

Amen.



CANTI-

CANTICI CANTICORVM

CAPVT VI.

1 DILECTVS meus descendit in
hortum suum ad areolam aro-
matum, vt pascatur in hortis,
& lilia colligat.
2 Ego dilecto meo, & dilectus
meus mihi: qui pascitur in-
ter lilia.
3 Pulchra es amica mea, suauis, & decora si-
cut Ierusalem: terribilis vt castrorum acies or-
dinata.
4 Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auo-
lare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum,
quæ apparuerunt de Galaad.
5 Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt
de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis
non est in eis.
6 Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque
occultis tuis.

7. Sexa-

7 Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.

8 Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt, reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.

9 Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?


10 Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.

11 Neſciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.

12 Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere reuertere, vt intueamur te.



CAPVT



CAPVT VI.

DILECTVS MEVS DESCENDIT IN HORTVM SVVM AD AREOLAM AROMATVM , VT PASCATVR IN HORTIS , ET LILIA COLLIGAT.

A PRVDENS nupta huius capitis exordio breuiter filiarum Hierusalem satisfacit interrogationibus in antecedenti capite factis: quò nempe eius dilectus Sponsus proficisci, & deambulare soleat: QVO ABIIT DILECTVS
B TVVS? QVO DECLINAVIT DILECTVS TVVS? Ita hęc verba Greg. Niss. Theod. Greg. Papa, cum catena trium Patrum exponunt, & ita hoc caput superiori coniungunt. Respondet itaque Sponsa, Dilectum suum hortum petijsse: DILECTVS MEVS DESCENDIT IN HORTVM SVVM AD AREOLAM AROMATVM : Nec solo satisfacit quæsito : quinimo finem , ad quem in illũ locũ ten-
C dat, explicat : VT PASCATVR IN HORTIS ; En primarius finis . ET LILIA COLLIGAT : En alter.

DILECTVS MEVS DESCENDIT, &c. Dicitur A
descendisse non intrasse, quia hortus in valle lacrymarum, & Sponsus in Excelso: IN HORTVM DESCENDIT, VT NOS ASCENDERE FACIAT, inquit Genebrardus. Quatuor Dilecti descensus, & quatuor hortos inuenio. Primus descensus Sponsi fuit de Cœlo in Virginis vterum; Secundus de Cruce in vlnas Ioseph ab Arimathæa, & Nicodemi; Tertius ab ipsis in sepulchrum; Quartus de sepulchro ad Inferos. De primo B
dicitur: QVI PROPTER NOS HOMINES, ET PROPTER
Symb. Nicæn. NOSTRAM SALVTEM DESCENDIT DE COELIS, ET IN-
Marc. 15. 32. CARNATVS EST, &c. De secundo dictum fuit: DESCENDAT DE CRVCE. De tertio: IOSEPH AVTEM DEPO-
Marc. 15. 46 NENS EVM INVOLVIT SINDONE, ET POSVIT EVM
Symb. Apostol. IN MONVMENTO. De quarto: DESCENDIT AD INFEROS. Quatuor similiter hortos in Cantica inuenio:
Cant. 4. 12. Primus, HORTVS CONCLVSVS; Secundus PO- C
Cant. 5. 1. MORVM; Tertius hic AROMATVM; Quartus,
Cant. 6. 10. NVCVM. Primus descensus conuenit cum primo horto concluso, & significat Dei Genitricem semper Virginem; Secundus descensus cum secundo horto; Christus enim arbor, & fructus erat, & significat Ecclesiam fructiferam Passione Domini; Tertius Descensus cum Tertio horto; nam Corpus Domini sepultum fuit in horto cum aromatibus, vt refert D
Ioan. 19. 40. Ioannes: VENIT AVTEM NICODEMVS FERENS MIXTVRAM MYRRHAE QVASI LIBRAS CENTVM. ACCEPERVNT ERGO CORPVS IESV, ET LIGAVERVNT ILLVD LINTEIS CVM AROMATIBVS. ERAT AVTEM IN LOCO VBI CRVCIFIXVS FVERAT HORTVS; Ideo in præsenti loco fit mentio de horto, & aromatibus. Nam, & sanctæ mulieres EMERVNT AROMATA, VT VNGERENT &c. Quartus similiter descensus cum quarto conuenit hor-

A nit horto: Hortus Domini Ecclesia dicitur ad mentem August. Ambros. Hieron. Aromata, sunt virtutes, & opera bona, vt declarant Gregor. & Gloss. Iusti lilia sunt, cum scriptum sit: IVSTVS GERMINABIT SICVT LILIVM, & hic legitur cælestis Sponsus in hortum descendisse lilia collecturus; VT LILIA COLLIGAT; Ergo vt Iustos congreget: Meum simpliciter sensum breuiter aperiam: Cænaculũ & Apo-

August. 11. 12. de gent. Ambros. Epist. 42. Hieron. in Isa. 51 Greg. in Cant. 5. Glosa hoc loco.

B stolorum Collegium, in quo tot Iusti nascentis Ecclesiæ corpus repræsentantes, claudebantur, Apostolos nempe, Martyres, Doctores, Confessores, & Virgines, hoc, cælestis Sponsi hortum existimarem: Hic ad Deum assiduè preces fundebantur, vt in Apostolorum actibus legitur: HI OMNES ERANT PERSEVERANTES VNANIMITER IN ORATIONE CVM MVLIERIBVS, ET MARIA MATRE IESV, ET FRATRIBVS EIVS;

Act. Apost. 1. 14.

C Hoc, ergò hortus extabat. Christũ audite, qui Sponsus est, locum, in quo oratur, non solum hortum; verum etiam suam Domum nominantem: DOMVS MEA DOMVS ORATIONIS; Hortum ergò, & lilia inuenimus: quænam sit aromatum areola maiori cum diligentia perquirendum est. Neminem latet, areolam areæ diminutiuum nomen extare: Catholica Ecclesia Sacris in paginis Area dicitur, & præcipuè a SS. Matthæo,

Matth. 21. 13.

D & Luca sic nominatur: ET MVNDABIT (de Christo loquentibus) AREAM SVAM (hoc est Ecclesiam) ET CONGREGABIT TRITICVM SVVM IN HORREVM, PALEAS AVTEM COMBVRET IGNI. Si ergo Dei Ecclesia adulta, est area; nascens erit AREOLA: En Apostolicum Collegium, vt dixi. Nunc temporis aromata reperire opus est: S. Ioannes in Apoc. viginti quatuor vultu venerandos vidisse testatur, quos seniores nominat, quemlibet amphoram manibus præferentem odora-

Matth. 3. 12.

Luc. 3. 17.

Apoc. 5. 8.

Alcazar.c.5 Apoc. mentis refertam : HABENTES SINGVLI PHIALAS AVREAS PLENAS ODORAMENTORVM : Explicat insuper, hos odores Iustorum esse Orationes; QVAE SVNT ORATIONES SANCTORVM : Alcazar in cap. 5. Apoc. pro senioribus, Sacerdotes intelligit, & accipit per phialas aureas, calices ; Cum enim in Missæ sacrificio calicem offert Sacerdos, a Supremo Terrarum Orbis Rectore pro cunctis Diuinam opem implorat, vnaque simul illorum odoriferas orationes offert Deo. A B

Oratio Secreta, quam dicit Sacerdos, dum offer. Calicem. Verba notate : OFFERIMVS TIBI DOMINE CALICEM SALVTARIS, TVAM DEPRECANTES CLEMENTIAM, VT IN CONSPECTV DIVINAE MAIESTATIS TVAE, PRO NOSTRA, ET TOTIVS MVNDI SALVTE CVM ODORE SVAVITATIS ASCENDAT ; iuxta illud Apocalyp. Apoc. 8. 4. ASCENDIT FVMVS AROMATVM IN CONSPECTV DOMINI DE MANV ANGELI, quorum munere funguntur Sacerdo- C Malach. 2. 7 tes, prout declarat Malachias 2. 7. LABIA SACERDOTIS CVSTODIVNT SCIENTIAM ; ANGELVS ENIM DOMINI EXERCITVVM EST ; & alibi : DIRIGATVR ORATIO MEA SICVT INCENSVM IN CONSPECTV TVO ; Sacerdotum ergo orationes aromata sunt . His igitur repertis, horto scilicet, lilijs, & aromatum areola, finem, ad quem in hortum descenderit Sponsus, restat inuestigare . Finis est : vt in hortis pascatur . Fatendum est hunc hortum prægrandem fuisse, dũ suo D in sinu alios claudebat : Ecclesia hortus est, vt dictum, & probatum fuit ; hæc tamen per fidei articulum vna est : Symb. Nicen. CREDO VNAM SANCTAM CATHOLICAM, ET APOSTOLICAM ECCLESIAM ; Dauid Propheta magnam prędicat : Psal. 34. 18 CONFITEBOR TIBI IN ECCLESIA MAGNA : Cum grandis sit Ecclesia, paruam quoque adesse necesse est ; magnum etenim, & paruum correlatiua sunt, & quin aliud sit, alterum nequit

quit

A quit subsistere; Dauid audite paruas quoque Ecclesias extare testantem : IN ECCLESIIS BENEDICITE DOMINO ; Ergo plures : Aureus Orator illam magnam demonstrat esse Ecclesiam, reliquas complectentem : QVILIBET CHRISTIFIDELIS PARVA EST ECCLESIA . En mysterium resolutum : Si vniuersalis Ecclesia spatiosus est hortus, & quilibet Christianus parua Ecclesia; Ergo quilibet Christifidelis hortus erit : Hisce B in hortis pasci anhelabat Sponsus, ciboque vesci; Cibus tamen quo vescitur, materialis non est : Nescio quos cibos Apostoli Christo (qui Sponsus est) manducandos apposuere, illum inuitantes : RABBI MANDVCA ; quibus ille : CIBVM HABEO MANDVCARE, QVEM VOS NESCITIS ; Et quia quid diceret non percipiebant, superaddidit : MEVS CIBVS EST, VT FACIAM VOLVNTATEM EIVS, QVI MISIT ME ; Patris C voluntatem vobis innotescere desiderio flagratis ? referam, eundem met Christum in Ioan. audite: HAEC EST AVTEM VOLVNTAS PATRIS MEI, QVI MISIT ME, VT OMNIS QVI VIDET FILIVM, ET CREDIT IN EVM HABEAT VITAM AETERNAM . cibus ergo Christi est, vt fideles credant in eum . Nunc ad rem nostram. Superata morte, rediuiuus Christus cęnaculum suum (hoc est hortum) petijt, & se Apostolorum oculis D præbuit inspiciendum : PER DIES QVADRAGINTA APPARENS EIS ; illis vero terrefactis resurrexisse hæsitantibus, vt crederent talia habuit verba : PALPATE, ET VIDETE, QVIA SPIRITVS CARNEM, ET OSSA NON HABET, SICVT ME VIDETIS HABERE : In cænaculum ergo descendit, vt se iam reuixisse in futurum non dubitarent : En eius ęterni Patris voluntas, quæ sponsi cibus est: HAEC EST AVTEM VOLVNTAS PATRIS MEI QVI MISIT ME, VT OMNIS QVI VIDET FILIVM,

Psal. 62. 27
Tertul.
Ioan. 4. 32
Ioan. 4. 34
Ioann. 6. 40.
Act. Apost. 1. 3.
Luc. 24. 39.
Iob. 40.

LIVM,

LIVM, ET CREDIT IN EVM (en finis per quem descendit) HABEAT VITAM AETERNAM: hic illius est cibus; In cœnaculum ergo venit, vt in hortis pasceretur (qui sunt Apostoli) scilicet, vt se resurrexisse crederent: ET LILIA COLLIGAT (en alter finis) Lilia Apostolos esse satis superque probatum est; illi vero post Christi cædem per vias errantes incedebant, iuxta Zachariæ prophetiam: PERCVTIAM PASTOREM, ET DISPERGENTVR OVES; & Christi: VENIT HORA, VT DISPERGAMINI VNVSQVISQVE IN PROPRIA; Descendit ergo in cœnaculum, vt omnes vna simul charitate vinciret, & VT LILIA COLLIGAT; Verbum COLLIGERE idem dicit, ac simul ligare: Charitate Apostoli coniũcti vna omnes laxatis habenis in Christi amorem exarserunt, & ille in eos: DEVS enim CHARITAS EST: ET QVI MANET IN CHARITATE, IN DEO MANET, ET DEVS IN EO. & hoc indicat illud: EGO DILECTO MEO, ET DILECTVS MEVS MIHI, QVI PASCITVR INTER LILIA; Sponsus ergo pascitur puritate, castitate, & virginitate, oratione, & deuotione; SI QVIS MIHI APERVERIT, INTRABO AD ILLVM, ET COENABO CVM ILLO, ET IPSE MECVM. (coniugium Christi cum Ecclesia): EGO DILIGENTES ME DILIGO: QVI MANET IN ME, ET EGO IN EO.

Zac.13.7. Ioan.16.31. Apoc.3.20. Ioan.16.53. A B C D

Non immerito hæc Apostolis celebrantibus, & cõmunicantibus applicanda existimarem, cum Christus dicat; QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SANGVINEM, IN ME MANET! ET EGO IN ILLO, & sic Canticæ verba confirmabuntur. VT PASCATVR IN HORTIS. QVI PASCITVR INTER LILIA; Sponsus namque pascit, & pascitur; Christus de semet dicit. EGO SVM PANIS VIVVS; vt panem

Ioann.6.55.

A panem se manducare permittit; & vt viuens ipse quoque manducat. Augustinũ in Christi persona loquentem audite: CIBVS SVM GRANDIVM: CRESCE, ET MANDVCABIS: NEC TV ME MVTABIS IN TE, SICVT CIBVS CARNIS TVAE: SED TV IN ME MVTABERIS. En quomodo manducat, & manducatur; sumitur, & alit.

Aug. tom. 9. in Ioan.

PVLCHRA ES AMICA MEA, SVAVIS, ET DECORA SICVT HIERVSALEM; TERRIBI-
B LIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA. PVLCHRA in se, SVAVIS Proximo, DECORA Cælo. PVLCHRA exemplo, SVAVIS verbo, DECORA consilio. PVLCHRA operibus, SVAVIS moribus, DECORA virtutibus. PVLCHRA actu; SVAVIS affectu; DECORA intellectu. PVLCHRA tandem mansuetudine; SVAVIS humilitate; DECORA obedientia, & charitate. TERRIBILIS ve-
C ro his virtutibus inferno. VT CASTRORVM ACIES ORDINATA. Quinque nominibus, cælestis Sponsus celebrat speciem suę dilectæ Sponsæ; Primum nomen est Pulchritudinis; secundum Amicitię, Tertium Suauitatis; quartum Decoris; quintum Terribilitatis. PVLCHRAM vocat propter munditiem cordis; AMICAM propter gratiam sanctificantem; SVAVEM propter lenitatem sermonis: DECO-
D RAM propter charitatem, & vnionem virtutis, & vitæ, quę Ecclesiam militantem similem reddit triumphanti Ecclesię; ac tali vnione, & charitate inimicis TERRIBILEM se demonstrat, VT CASTRORVM ACIES ORDINATA.

Mundi Saluator post deuictam mortem rediuiuus Ecclesiam suam dilectam Sponsam inuisit, laudauit, gratijs ditauit maioribus, simulque palam fecit, nil animam tam formosiorem in semet, gratam magis, &

suauem

suauem Dei gustui, & odoratui; Cæli Beatis magis A
similem; Tartaro formidabiliorem reddere, quàm
in Christi gratia corpus Domini sumere. Hoc totum
breui tractu, supracitatis canticæ verbis Sponsi nomine
sanctus Spiritus innuit (ni fallor): Plura hic referre
possem in verborum comprobationem; vnum
tamen, vel duo afferam, imo indicabo solum, ne dicta
impropria, & distorta videantur. Pulchram, &
formosam Sponsus dicit Ecclesiam, illamque suauis B
titulo decorat: PVLCHRA ES AMICA MEA,
SVAVIS, ET DECORA: Verbum SVAVIS
solum propriè gustui conuenit, vel odoratui. Sancta
Ecclesia, vt inenarrabilem Eucharistici Sacramenti
virtutem exprimat, panem nominat suauissimum, &
Antiph. ad Magnificat in fest. Corporis Christi. sic Christum alloquitur: QVI VT DVLCEDINEM TVAM
IN FILIOS DEMONSTRARES, PANE SVAVISSIMO DE CAELO
PRAESTITO ESVRIENTES REPLES BONIS. Si Panis Eu- C
charisticus suauissimus est, Sponsa, quæ eo vescitur,
suauis fiet: en SVAVIS, ET DECORA SICVT
HIERVSALEM. Nam nobis panis tanquam Cœli,
& gloriæ pignus datur: ET AETERNAE GLORIAE NOBIS
PIGNVS DATVR; illum autem terribilem esse, & nostris
hostibus metum incutere, Dauid Propheta testatur:
Psal. 22. 5. PARASTI IN CONSPECTV MEO MENSAM ADVERSVS EOS,
QVI TRIBVLANT ME; hic demum Panis non solum ocu- D
lorum aciem perstringit; verum omnem exuperat intellectum:
QVOD NON CAPIS, QVOD NON VIDES,
ANIMOSA FIRMAT FIDES, fidei cum sit Sacramentum:
Hebr. 11. 1. SACRAMENTVM FIDEI: FIDES AVTEM EST SVBSTANTIA
SPERANDARVM RERVM, ARGVMENTVM NON APPARENTIVM.
Ad nihilum ergò tibi insudare, vt videas corpore,
& mente capias, inseruit; quia fides deperderetur,
& meritum; ideoque subdit: AVERTE OCV-
LOS

A LOS TVOS A ME, QVIA IPSI ME AVOLARE FECERVNT: vt locus fidei, & merito, relinquatur, cum ſcriptis proditum ſit: SCRVTATOR MAIESTATIS OPPRIMETVR A GLORIA. Hiſce ab originibus ortum hęreſes duxere, ideoque ne me curioſius inſpicias in Euchariſtico Sacramento; ſed AVERTE OCVLOS (curioſitatis) TVOS A ME &c. Prou. 25.1.

CAPILLI TVI SICVT GREX CAPRARVM,
B QVÆ APPARVERVNT DE GALAAD: DENTES TVI SICVT GREX OVIVM, QVÆ DESCENDERVNT DE LAVACRO: OMNES GEMELLIS FOETIBVS, ET STERILIS NON EST IN EIS. Diuinus Sponſus caſtæ Sponſæ, & illibatæ, nempe Eccleſiæ, ad ſydera vſque tollit, & multiplici verborum ordine venuſtatem,& pulchritudinē illius commēdat,nec inutilem reputat mulplicitatem,
C quæ translatorum identitas videtur; Quæ, Chriſti myſtici corporis ſpiritu redundantis, extant occulta Sacramenta (Quidquid enim in quarti Capitis exordio dixit, hic in ſexto replicare non dedignatur; nec in aliud differre mihi videtur,pręter in eo quod in illo pluraliter greges; in iſto grex ſingulariter loquitur) Arcanorum Dei profundas abyſſos ſcrutari ſtultius quam cribro mare exhaurire, & in vas paruum recol
D ligere reputaretur. Hoc in terrarum theatro, cum quid delectabile viſu, extra ordinem apparet, omnes ad illud confluunt, nec ſemel aſpexiſſe ſatis; verum ter quaterque aſpicere quilibet gaudet, nulluſque ſermo, quàm de eo, haberi poſſe videtur.

Cum terreſtrem hanc molem ſupremus Creator formauit,cuncta quæ fecerat,an eſſent bona reſpexit: VIDIT DEVS QVOD ESSET BONVM. hæc pluries iterata reſpexit; iterum denique cuncta quæ fecerat

 ſimul,

Gen. 1. 31. simul, & approbauit: VIDIT DEVS CVNCTA QVAE FECERAT, ET ERANT VALDE BONA (en particularis, & vniuersalis prouidentia) Terrarum Orbis in hominum commodum, & vsum fuit effectus; medium multipliciter, vt bonum celebratur; cur ergo finis, qui melior est, pluries non laudabitur? sed iam ad rem nostram redeamus. A

CAPILLI TVI SICVT GREX CAPRARVM, QVÆ APPARVERVNT DE GALAAD: DENTES TVI SICVT GREX OVIVM, QVÆ ASCENDERVNT DE LAVACRO: OMNES GEMELLIS FOETIBVS, ET STERILIS NON EST IN EIS. B

Christus Ecclesiæ Sponsus, Pastor est quoque: EGO
Ioan. 11. 14. SVM PASTOR BONVS; talemque præcipue se demonstrauit in institutione Sanctissimæ Eucharistiæ. Pastor a pascendo dicitur: docuerat ille; BONVS PASTOR ANIMAM SVAM DAT PRO OVIBVS SVIS; illius facta dictis responderunt, cum semet in postrema cœna ouibus suis in cibum præbuit (Apostolis videlicet) ACCIPITE, ET MANDVCATE, HOC EST CORPVS MEVM: Idē de Sanguine perpetrauit: BIBITE EX EO OMNES: Nunc vero tēporis dilectam suam laudat Ecclesiam, hisce mysticis verbis: CAPILLI TVI SICVT GREX CAPRARVM, ostentatque illam ab ingrati animi vitio abhorruisse, parique par retulisse: CAPILLI TVI SICVT GREX CAPRARVM, quæ oculis vident Pastorem suum, vt illum sequantur, & præuident insidias inimicorum, vt illas effugiant. Quarto in capite Martyribus hęc verba applicuimus, qui nascentis Ecclesiæ exordio maiorem numerum præsentis exuperabant: tunc enim quot Christifideles, tot martyres: hac de causa greges dicit, & non grex. Vel dicamus, quarto in capite de Gentili Populo loquutum C D

A loquutum, & Hebraico fidem complexo, ideoque
greges; hic Christifideles tantummodo demonstrat;
ideoque grex. Per capillos a ceruice ortum trahen-
tes, illique hærentes, iuxta communem sanctorum
Patrum expositionem, cogitationes intelliguntur,
quas caput parit, illique inhærent: Assimilat ergo
capillos, cogitationes nempe Sponsę, hoc est Eccle-
siæ, caprarum gregi. Capreæ, animalia sunt simpli-
B cia, humilia, obtemperantia, fęcunda, pacifica
(gregatim etenim incedunt) munda, diuinoque sa-
crificio apta; earum nati, vtpote etiam Agni, Chri-
sti sacratis in speciebus reconditi symbolum referunt,
Idcirco per Diuinum mandatum in Paschate inter-
ficiebantur in cibum: Agnus Hebraicum figurabat
Populum, Gentilem Capra. Quod si taliter se res ha-
bet(dicet fortasse aliquis):Cur nō dicit grex hœdo-
C rum, vel grex agnorum? Respondeo: Capreæ tres
inesse proprietates, quas hœdi, nec agni seruant.
Prima est fœcunditas;secunda ascendit semper,præ-
cipuequè vbi extant abyssi,adeo vt proprium videatur
excidium quæritare: tertio quiquid comedit rumi-
nat. Ab vltima incipiamus: Ruminare, magnam
cum cogitatu similitudinem pręfert; dicendo ergo:
CAPILLI TVI (hoc est cogitationes tuæ) SICVT
D GREX CAPRARVM, sunt sicuti Caprarum grex
ruminans; quod bene procedit. Cum capra ruminat
de par pari referendo, intra se excogitare videtur:
nempe, vt triplicem reddat fructum proprio Bene-
factori, in lana, filijs, & lacte: Capra cum pascit;
ima nunquam, semper alta conscendit, vt suo vel in
corporis situ Cælo gratias referre, non vero Terræ
de pastu existimes: ostentat demum obedientiam
suæ deuotionis, & obsequium suo Benefactori, la-

nam ad veſtitum offerens, lac ad victum, illius inſuper voluntati filios, & ſemet ipſam immolans. A
QVÆ APPARVERVNT DE GALAAD. Apparere proprie dicitur id, quod prius latebat: GALAAD idem ac aceruus Teſtimonij; non ne omnes iſtę demonſtrationes, intrinſecos, & latitantes affectus referant, vt multiplices grati animi teſtes in ſuum Benefactorem? Bene ergo ſe res habet; pari namque modo Oues, ac Capreæ ſui ſemper Paſtoris, hoc eſt B
Ieſu, veſtigia legunt, non ſuam in ſequentes voluntatem, alioquin alienę efficiuntur.

DENTES TVI SICVT GREX OVIVM, QVÆ ASCENDERVNT DE LAVACRO: OMNES GEMELLIS FOETIBVS, ET STERILIS NON EST IN EIS. Suam proſequitur myſticam ſimilitudinem candidorum dentium, qui ad totius corporis adminiculum, & beneficium, cibos Verbi Dei C
mandunt; vt indicet quales, & qui futuri ſint, & eſſe debeant Prælati, Doctores, & Prædicatores: humiles ſcilicet, & mundi, ouium Chriſti gregi ſimiles, ac ſimplices, innocentes manibus, & mundi corde, quæ aſcenderunt de aqua Sacroſancti Baptiſmatis abluti; Dei legem duobus in primis mandatis vinctam, Dei amoris, & charitatis erga Proximum verſantem, obſeruantes; quia, QVI CHARITATEM ERGA ALTERVM NON HABET, PRAEDICATIONIS OFFICIVM SVSCIPERE NVLLATENVS DEBET, ait Gregor. Papa homil. 17. in Euangelia. hæc ſuperius dicta verba indicare mihi videntur. D

Greg. Papa hom. 17. in Euang.

SICVT CORTEX MALI PVNICI, SIC GENÆ TVÆ ABSQVE OCCVLTIS TVIS. Vt modeſtiam, verecundiam, & honeſtatem ſimiliter aperiat (quæ in vultu potius, quam alia corporis parte apparent

A parent) & à Virginibus obſeruandam auſteritatem, figurata genarum ſimilitudine demonſtrat, Corticis mali Punici comparatione, quæ per ſe amara eſt, ſuo tamen in ſinu dulcia grana, & rubentia conſeruat, cunctis oſtendendo ſe aliqua amaritie cum fructu flores conſeruaſse; hac aliorum florum diſparitate, quod ipſe fructus attulerit: Ideoque prudenti à natura, ceu reliquorum Rex diademate fulcitur:

B A Sancto Cypriano Virgines dicuntur ILLVSTRIOR PORTIO GREGIS CHRISTI; GAVDET PER ILLAS, ATQVE IN ILLIS LARGITER FLORET ECCLESIAE MATRIS GLORIOSA FOECVNDITAS. Malum punicum naturaliter in partes ſcinditur; ita & virgines per ſe met cruciantur propter Dei amorem. Sanctus Spiritus vrbanitatis titulo hoc nomine virgines decorat, quia a ſe ipſis cælari debent, & gubernari, ſui gratia S.Cyprianis de diſciplina, & habitu Virginum.

C conſeruandi; nec mundi virgines, ſed Dei reputandę: Modeſtia qualibet in corporis parte relucet; ſuã tamen in vultu ſedem locat, & genis pręcipuè, vt etiam venuſtas, & verecundia; IN GENIS VENVSTAS CONSPICITVR, ait Bernardus: ET DECOR VIDETVR. QVAM PVLCHRA EST CASTA GENERATIO CVM CLARITATE! de Virginibus dicitur. Bern. in Cant.

SEXACINTA SVNT REGINÆ, ET OCTO-

D GINTA CONCVBINÆ, ET ADOLESCENTVLARVM NON EST NVMERVS. Poſtquam multis verborum conatibus, humilibuſque tranſlatis, dilectæ Sponſæ venuſtatem expreſsit, & honeſtatem; Paſtoris perſonam ſponſus exuens, qua hactenus circumdatus inceſsit, liberè ſe Regum Regem eſſe eidem Sponſæ declarat, ſuaque in aula pręter innumeram mulierum turbam ſibi inſeruientem, magnum Reginarum comitatum adeſse teſtatur:

tur. SEXAGINTA SVNT REGINÆ &c. illamque fore, & esse non tantum Dominam; verum etiam cęterarum Reginam: hac metaphora immensæ aulæ Salomonis ad instar Dauid filij, ad cuius connubium admittebantur plurimæ mulieres ex omni natione, moribus, gradibus, ac dignitatibus differentes, de quibus agitur tertio Regum cap. 11. 3. A

3. Reg. cap. 11. 3. HIS ITAQVE COPVLATVS EST SALOMON ARDENTISSIMO AMORE; FVERVNTQVE EI VXORES QVASI REGINAE SEPTINGENTAE, ET CONCVBINAE TRECENTAE: Insinuatq; quod ad coniugium spirituale nostri mystici Salomonis (ECCE PLVSQVAM SALOMON HIC): admittuntur non multi, sed omnes qui volunt saluari, ex omni natione, quę sub cœlo est. Hac eadem similitudine, militantis Ecclesiæ progressum innuit, & simul illius pręsentem statum demonstrat. Latrantem hic audio, Numerum Reginarum Salomonis, & concubinarum cum nostro mystico Salomone non concordare. Verum est: in promptu tamen responsio est: Reginarum numerus, & concubinarum Salomonis Regis Israel, historiæ attribuitur; numerus vero, sine termino, & numero, nostri mystici Salomonis mysterio consignatur; ideoque non simul numero concordant. Sexagenarius numerus Reginarum à seno videlicet componitur, & deno multiplicato. Quæso tamen hic, quot sunt hebdomadæ dies laboribus designati? sex: septimus quietis est; Quot hominum extant ætates? sex; Infantia, Pueritia, Adolescentia, Iuuentus, Virilitas, & Senectus: Ingrauescentem hic, seu decrepitam reticeo ætatem (quæ mors potius dicenda est, quam hominis vita) Quot sunt Dei mandata? decem: Iungas, amabo te, nunc senarium numerum, cum denario, quos multiplicando sexagenarium reperies; B C D

Matth. 12. 42.

sexa-

A sexagenarius ergò numerus illos significat, qui per omnes Hebdomadæ dies, & suæ vitæ curriculum, Deo seruientes laborant, & decem mandata Dei seruant, quæ iustorum sunt animę, in quibus perfecta est charitas; iuxta magni Gregorij explicationem, & venerabilis Bedę: IVSTI SVNT REGES MAGNI, QVI TENTATIONVM SVARVM MOTIBVS NON CONSENTIENDO SVCCVMBERE; SED REGENDO PRAEESSE NOVERVNT. Lib. 3. cap. 43 in Luc. 10.

B Reginæ nobiles sunt, magnanimumque claudunt spiritum, iuxta sui nobilissimum ortum: Ij sunt, qui Deo liberè inseruiunt, reliquis spretis, & contemptis. Concubinas exposcitis? ab eorum numero iudicate; Octonarius numerus ad Beatitudinem potius spectat, quam ad laborem, nam post sex dies laboris, & vnum quietis, restat octauus resurrectionis, & beatitudinis; eosque demonstrat, qui Deo seruire desiderant, pro-

C prio tamen appetitui satisfacere contendunt, suaque in vita oblectari, quiue Deo seruiunt, non amoris affectu; sed præsentium bonorum student vbertati; Ideoque Concubinæ dicuntur, quia petunt mercedem rerum terrenanarũ pro labore: ACCEPERVNT MERCEDEM SVAM: ADOLESCENTVLARVM NON EST NVMERVS, ijs de animabus loquitur, quæ principijs Deo seruiendi semper insistunt. Mat. 6. 2.

D VNA EST COLVMBA MEA, PERFECTA MEA, VNA EST MATRIS SVÆ ELECTA GENITRICI SVÆ. Mea licet aula tot, tantisque mulieribus abundet, vna tamen dilecta Sponsa omnibus antecellit; ideoque singularis, perfectæque nomine decoranda; & inter quotquot natura omnium mater progenuit, vnica, electa, & dilecta: VNA EST COLVMBA MEA, PERFECTA MEA, VNA EST MATRIS SVÆ, ELECTA GENITRICI

TRICI

TRICI SVÆ; neque meis tantum oculis talem se se A
commendat; verum etiam eandem omnes mulieres talem prædicant, seque illi comparare non audent; omnium in oculis delata, illius venustati nullę inuidentes; certatim omnes ad sydera, illius magnitudinem tollunt, & venustam formam beatissimam prædicando: VIDERVNT EAM FILIAE SION, ET BEATISSIMAM PRAEDICAVERVNT; quinimò subita correptæ admiratione mirantur, & exclamant, nullam in terris B
posse reperiri, cui comparetur; aliquando Solis filię assimilant, hoc est Auroræ; aliquando Solis sororem dicunt, videlicet Lunam; aliquando vero nouus illis Sol apparet, & animatum Cælum: Vnde exclamāt: QVÆ EST ISTA, QVÆ PROGREDITVR QVASI AVRORA CONSVRGENS, PVLCHRA VT LVNA, ELECTA VT SOL, TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA? Præter- C
mitto multa: obseruo solum: PVLCHRA VT LVNA, vt Luna Pulchra, non vt Luna nostra, quæ non est pulchra, quia maculata: sed vt Luna sine macu-
Psalm. 83. la: Vnde a Prpheta vocatur Luna perfecta. SICVT LVNA PERFECTA: Luna nostra non est perfecta, crescit enim, & decrescit, nec vnquam in eodem statu per manet. Quod vero maiorem offert admirationem, illud est, nempe, quod se amabilem omnibus reddit D
& timendam simul, ceu aciem ad pugnam dispositam. TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA.

Apon. S. Cyprian. Ambros. Hilar. Orig homil. 4. in Cantic.

Hæc eadem verba, primæ Sponsæ, Humanitati scilicet Christi, coueniunt: secundę, hoc est Virgini Dei Genitrici: & tertiæ etiam, nempe Ecclesiæ. Christi Humanitati applicant Aponius, Sanctus Cyprianus, Orig. in Cant. homil. 4. Ambros. & Hilar. Du-

A lar: Dubitandum non eſt ſanctiſſimam illam Humanitatem columbam eſſe, quæ mundo non oliuæ ramum pacis ſymbolum; ſed ipſammet pacem attuliſſet, ab Angelis nunciatã, & eius in natiuitate decantatam: ET IN TERRA PAX HOMINIBVS. QVONIAM IPSE EST PAX NOSTRA. Cũ ſacri Fontis vnda fuit luſtratus, ſupra illius capitis verticem Spiritus ſanctus in candidiſſimę Columbę ſpecie viſus fuit. PERFECTA Mat. 3. 16.
B MEA: hæc Humanitas omnem excedit perfectionem: PERFECTVS DEVS, PERFECTVS HOMO: ELECTA, & ab æterno Patre dilecta: HIC EST FILIVS MEVS DILECTVS; electa ſimul & dilecta à Virgine Matre: Hęc in ſe ipſa Beatiſſima eſt; talem non ſolum prædicant; verum colunt, & adorant militans, & triumphans Eccleſia, Iuſtorum, & Peccatorum cœtus: Hæc Cælum conſcendit Humanitas, ſpectabilior tamen, & pulchrior Aurora, Luna, & Sole. Humanitas Luna eſt, Diuinitate coniuncta, quæ Sol eſt, quapropter canit Eccleſia: PER ADMIRABILEM ASCENSIONEM TVAM. Dauid Prophetam audite: THRONVS EIVS SICVT SOL IN CONSPECTV MEO, ET SICVT LVNA PERFECTA IN AETERNVM. De Humanitate Chriſti multi intelligunt expoſitores: inferno terribilis. Hæc ad Virginem verba referunt Rup. Abb. apud Theodoretum, & D. Bernardus in Cantica, de Beata Virgine dicitur: VIDI SPECIOSAM SICVT COLVMBAM ASCENDENTEM DESVPER RIVOS AQVARVM, CVIVS INAESTIMABILIS ODOR ERAT NIMIS IN VESTIMENTIS EIVS. Hæc quoque pura eſt columba, ſimplex, humilis abſque felle, ſingularis, vt ſimilis non reperiatur, Virgo, et Mater, ſola ſine exemplo, vt hæc D. Bern. ſerm. 4. de Aſſumpt. de illa habuerit: VNVM EST, IN QVO NEC PRIMAM SIMILEM VISA EST, NEC HABERE SE-

Ex Symb. Athan.

Matth. 3. 17

Pſal. 88. 38.

Bern. ſerm. 61. in Cant. & Alij.

1. Reſp. quinta die Aſſumptionis B. Virginis.

D. Bern. ſerm. 4 de Aſſumpt B. Virginis

QVENTEM. Columba, ab Arca emissa, cum Terrarum Orbis fœtidis cadaueribus redundaret, ad arcam illicò reuersa, ne suos pedes mundissimos macularet, huius extitit figura; quæ ab arca materni ventris est egressa, absque labe originali, dum omnes Adæ filij corrupti erant: nostra hęc Columba oliuæ ramum non attulit, ipsam verò pacem mundo peperit, hoc est A

Eph. 2. 14. Christum Iesum: QVIA IPSE EST PAX NOSTRA; adeo perfecta, vt nec puris in creaturis, neque in terris, B
neque in cœlo, qui cum illa conferri possit, inueniatur; ab omnibus generationibus, vtpotè beata celebrata: ECCE ENIM EX HOC BEATAM ME DICENT OMNES GENERATIONES. Aurora est peccatorum tenebras expellens, nobisque gratiæ lumen conferens. Hęc ad illius in cœlũ assumptionẽ referri possent; sed ne prolixius in dicendo videar alia ommitto; illud solum obseruare vos rogo, nempe quod Sancta Ecclesia Beatæ Virgini hæc eadem verba eius in officij capitulis, psalmis tribuit, & responsorijs; ergo illi benè conueniunt. Beata Virgo fuit AVRORA CONSVRGENS in sua natiuitate; PVLCHRA VT LVNA in Christi conceptione; ELECTA VT SOL, in sua assumptione; TERRIBIILIS VT CASTRORVM &c. inferno in vitæ conuersatione. C

Possunt tandem Catholicæ Ecclesiæ, quæ vna est, Christi Sponsæ applicari: CREDO VNAM SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM: per puritatem, Columba, & simplicitatem, quæ nidificat, & nidificauit in Petra, in Christi nempe vulneribus; lenis Columba plena gratiarum sancti Spiritus donis: de hac intelligunt Tertull. Basil. in Psalm. 54. Eucherius in Psalm. 67. & alij, qui omnes supradicta verba illi applicant. Aurora est, transactæ noctis finis, sequentis diei princi- D

pium

A pium : Talis Ecclesia fuit suis ab incunabulis, Luna in medio, per varias mutationes; Sol erit in fine per splendorem in se demonstrandum, hostibus omnibus metum incutiens, terribilemque se vnione reddens, concordia,& charitate. Auroræ nomine incipientes, Lunæ proficientes, Solis, perfectos demonstrat.

DESCENDI IN HORTVM NVCVM, VT VIDEREM POMA CONVALLIVM, ET IN-
B SPICEREM SI FLORVISSET VINEA, ET GERMINASSENT MALA PVNICA. NESCIVI: ANIMA MEA CONTVRBAVIT ME PROPTER QVADRIGAS AMINADAB. REVERTERE, REVERTERE SVNAMITIS; REVERTERE, REVERTERE, VT INTVEAMVR TE &c. Cum hactenus sanctus Spiritus de Catholica Ecclesia verba fecisset, sub dilectæ Sponsæ nomine, amœni
C viridarij, regiæque aulæ, nunc de Synagoga loquitur nucũque horto comparat: DESCENDI IN HORTVM NVCVM. DESCENDI; vt Catholicam Ecclesiam superiorem demonstret, & Synagogæ antecellere: DESCENDI, per humilitatem, & commiserationem proximi: IN HORTVM NVCVM: hortum nuncupat, quia in Synagoga quoque preces ad Deum effunduntur: ast nucum horto similes; nux
D à nocendo; demonstrat, Iudæos etiamsi mala non agant, pronam tamen ad illa voluntatem habere: nocendi nomine, reserat Iudæorum duritiem, difficillimamque illorum ad fidem conuersionem: nux fructus est, quæ non manibus colligitur, vtpotè reliqui fructus; sed baculo,& vi; duritiem hæc quoque seruat, & duplicem habet corticem: externus fœtidus est, amarus, & durus; internus durior, adeo vt paruum fructum. & nucleũ, qui intra clauditur, auel-

 lere

lere cum magno labore necesse sit. Quonam modo, A
& quando, hæc verba: DESCENDI IN HORTVM NVCVM, verificata fuerint, scire desideratis? Tunc quidem cum Paulus, & Barnabas in Hebræos Euangelium disseminauere, vt legitur in Apostolorum actibus: tunc sanctus Spiritus per verba apostolica in Synagogam descendit; non spe motus prædi-
Act. Apost. 13. 46. cauit Apostolus, fructus in Synagogæ primatibus colligendi; illos namque malignos nouerat, & super- B
bos; in humili verò, & abiectiori Populo sperabat. Hac ergo de causa non dicit Cantica: DESCENDI IN HORTVM NVCVM, vt viderem nuces; Principes nempe, qui nuces erant, odio, & inuidia refertos sibi ijsdem nocentes, & alijs; sed VT VIDEREM POMA CONVALLIVM, abiectiorem vide-
Psalm. 17. licet Populum, cum scriptum sit: POPVLVM HVMILEM SALVVM FACIET: ET INSPICEREM SI FLORVIS- C
SET VINEA, ET GERMINASSENT MALA PVNICA; inspecturus an floreret, & germinaret verbum Dei in illis. Triplex est germen, fructiferum,
Gen. 1. 11. pestiferum, & salutiferum: De primo dicitur: GERMINET TERRA HERBAM VIRENTEM, De secundo: SPI-
Gen. 4. 14. NAS, ET TRIBVLOS GERMINABIT TIBI; De tertio: RORATE COELI DESVPER, ET NVBES PLVANT IVSTVM:
Isa. 45. 8. APERIATVR TERRA, ET GERMINET SALVATOREM. IVSTVS D
GERMINABIT SICVT LILIVM; inspecturus, inquam, an Dei verbo Israelitica vinea floreret, id est aliquam demonstraret spem vbertatis, scilicet spirituales, & coronatos daturam fructus, & coronandos, hoc est vita æterna dignos. Nil tamen profecit Paulus prædicatione: vnde sequitur Cantica: NESCIVI, (tamen discernere mutationem in melius) quod idem est, quod Christus fatuis dixit virginibus: NE-

SCIO

A scio vos. Pari modo hi Dei verbum percipere recusabant; nã pro eo vt crederent; CONTRADICEBANT HIS, QVAE A PAVLO DICEBANTVR BLASPHEMANTES. Tunc constanter Paulus, & Barnabas dixerunt: VOBIS OPORTEBAT PRIMVM LOQVI VERBVM DEI: SED, QVONIAM EXPELLITIS ILLVD, ET INDIGNOS VOS IVDICATIS AETERNAE VITAE; ECCE CONVERTIMVR AD GENTES: Cor tamẽ Pauli profunde penetrauit hoc te- Matth. 25. 12. Act. Ap. 13. 46.

B lũ, adeo vt ad Romanos scribens dixerit: OPTABAM ENIM EGO IPSE ANATHEMA ESSE A CHRISTO PRO FRATRIBVS MEIS, QVI SVNT COGNATI MEI SECVNDVM CARNEM. Nunc Canticam audite: ANIMA MEA CONTVRBAVIT ME (ingenti zelo) PROPTER QVADRIGAS AMINADAB: Suam nihil profecisse prædicationem, sibi summopere displicuisse testatur, & hoc PROPTER QVADRIGAS AMINADAB. Ad Rom. 9. 3. Paralipom. 15. 10.

C AMINADAB Princeps fuit, Aram filius de tribu Iuda, vt in Paralipomen. legitur; quod etiam scribit sanctus Matthæus in Christi genealogia. ARAM AVTEM GENVIT AMINADAB. Tunc temporis, quia Synagogæ Princeps, Apostolicæ prædicationi contradixit, primates omnes Hebraici populi illum insequuti sunt, vtpote in sui Principis famulatu peragunt quadrigæ: Hoc ab Hebraico Populo inspecto, sua spon- Matth. 1. 4.

D te ipse quoque contradixit. Hoc totum sanctus Spiritus innuit in Aminadab nomine, quod idem sonat, ac POPVLVS SPONTANEVS: Spontaneum, illud est, quod per se, & ex se operatur, nemine cogente. (hic Spiritus sanctus apostrophem ad hebraicum Populum habet, vaticinans illi iterum fore Euangelium prædicandum his verbis) REVERTERE, REVERTERE SVLAMITIS, REVERTERE, REVERTERE: VT INTVEAMVR TE. Ecclesia, ad

Deum

Deum Synagogam iterum redire blande inuitat: RE- A
VERTERE, iterum REVERTERE; quia alia vice
Psal.93.14. Dei Populus electus fuit: QVIA NON REPELLET DO-
Rom. 11. 2. MINVS PLEBEM SVAM, ET HAEREDITATEM SVAM NON DERELINQVET. Sulamitidem dicit, hoc est pacificam, fortasse, quia tunc temporis Iudæi Christum, illiusque Sectatores tam grandi odio non insequentur; vel propter desiderium, quod habet de illius pace: Quater inuitat: REVERTERE, REVERTERE; B
ex eo fortassis, quia vel per quatuor mundi plagas
Matth. 24. 31. dispersi erunt, & Dominus in Euangelio dicit, A QVATVOR VENTIS SE COLLECTVRVM ELECTOS SVOS: vel vt peruicaciam ostendat ad fidem amplectendam: hæc verba prophetica sunt, iuxta illa Ieremię: HIERVSALEM, HIERVSALEM (hoc est visio pacis) CONVERTERE AD DOMINVM DEVM TVVM. Ita nunc dicit Synagogæ: REVERTERE ad tui Creatoris ve- C
ram agnitionem, a quo auersa nunc es: REVERTERE ad pacem nostræ germanitatis: REVERTERE ad puritatem, & vnitatem fidei: REVERTERE ad Dei dilectionem, vt intueamur te, scilicet saluam.

Iuxta originalia hebraica, & versionis sept. verbũ: REVERTERE importat idem, ac CONVERTERE: VT INTVEAMVR TE, & videbimus te. S. Bernardus applicat hæc verba ad Assumptionem B. Virgi- D
nis Mariæ in Cœlum, de qua, & cum qua congratulantur Angeli. Communis tamen opinio Cassiod. Gregor. PP., Bedæ, Phil.Carp., Anselm. Rup.Abb. & aliorum est, vt hæc verba, voces sint Ecclesiæ ad fidem inuitantis Synagogam per prædicationem quatuor Euangeliorum, vocantis inquam illam ad pęnitentiam, & ad veram fidem: CONVERTERE, VT INTVEAMVR TE; Quia hucusque cœtus Israel

Deo

A Deo terga vertit, nõ faciẽ, & ora: Nunc ergo Ecclesia inuitat eam, vt reuertatur, & conuertatur ad Deum iuxta prophetiam Dauid de illorum conuersione: IN RELIQVIIS TVIS (Christũ alloquitur Iudæa de gente ortum trahentem) IN RELIQVIIS TVIS (residuo scilicet Hebręorũ Populi:) PRAEPARABIS VVLTVM EORVM; idest faciem, in qua homo maxime cognoscitur, & ab alijs distinguitur: Prosequitur alibi vaticinãdo modũ, Psal. 20. 13.


B quo id fiet, quomodo scilicet tunc Populus Israel ex mera Dei misericordia, & eius efficaci gratia faciem vertet ad veram, & catholicam fidem, non amplius dorsum, & terga. Obseruate eius verba, nomine Ecclesiæ dicta: QVONIAM ECCE INIMICI TVI DOMINE, QVONIAM ECCE INIMICI TVI (qui Hebræi sunt, infestissimi Christi, & Christianorum inimici) PERIBVNT; quoad illorum malitiam; ET DISPERGENTVR OMNES Psal. 91. 10.

C (Hętetici, infideles, & mali) QVI OPERANTVR INIQVITATEM: Deinde nomine Ecclesię dicit: ET EXALTABITVR SICVT VNICORNIS CORNV MEVM: ET SENECTVS MEA IN MISERICORDIA VBERI. ET EXALTABITVR (tunc scilicet) SICVT VNICORNIS CORNV MEVM: insinuat his mysticis verbis vnitatem, & fortitudinem Catholicæ Ecclesiæ illius extremi temporis; nam cornua in Animalibus Instrumenta sunt fortitudinis,

D & tunc verificabitur Prophetia: ET ERIT VNVM OVILE, ET VNVS PASTOR. ET SENECTVS MEA id est, in nouissimo tempore meo, & mundi fine, SENECTVS MEA IN MISERICORDIA VBERI, vberius scilicet apparebit in me misericordia Domini, ad instar vberis; Nam vbera ex quibus lac, quo animalia recenter nata aluntur, indicant dulce, & suaue nutrimentum Spirituale, quod dabitur Populo Israel recenter ad fidem conuerso. Concludit igitur Cantica Ioan. 10. 16.


obse-

obſecrando eundem Populum : REVERTERE, RE- A
VERTERE (quia alias Populus Dei fuiſti) REVER-
TERE, REVERTERE, VT INTVEAMVR TE,
Congratulemur ſimul, & ſpem concipiamus de tua
ſalute, cum gratiarum actione Domino noſtro Ieſu
Chriſto. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, &
regnat Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.





CANTICI
CANTICORVM
CAPVT VII.



1 VID videbis in Sulamite,
nisi choros castrorum?
Quam pulchri sunt gres-
sus tui in calceamentis, fi-
lia principis! Iuncturæ fe-
morum tuorum, sicut
monilia, quæ fabricata
sunt manu artificis.
2 Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam
indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tri-
tici, vallatus lilijs.
3 Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli
capreæ.
4 Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui
sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta fi-
liæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani
quæ respicit contra Damascum.

5 Caput tuum vt Carmelus : & comæ capitis tui, ſicut purpura regis vincta canalibus.

6 Quam pulchra es,& quam decora chariſſima, in delicijs!

7 Statura tua aſſimilata eſt palmæ,& vbera tua botris.

8 Dixi : Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius : & erunt vbera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui ſicut malorum.

9 Guttur tuum ſicut vinum optimum,dignum dilecto meo ad potandum,labijſque & dentibus illius ad ruminandum.

10 Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.


11 Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

12 Mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea;

13 Mandragoræ dederunt odorem. In portis noſtris omnia poma : noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi.



CAPVT



CAPVT VII.

QVID VIDEBIS IN SVLAMITE NISI CHOROS CASTRORVM ?

A HOC in extremo proximo ca-
pite Prophetijs referto, bea-
tis ſpiritibus admirandam
cœleſtis Sponſus Dilectam
proponit Sponſam, Synago-
gam nempe, non amplius ini-
micam; ſed pacificam, nuper
Chriſti fidem præuia prædi-
B catione in fine antecedentis
capitis indicata complexam illis verbis : REVER-
TERE, REVERTERE &c. Proponit ipſam inſpe-
ctandam tanquam pacificam, concinentem ſimul, ac
dimicantem; illique Panegyrim texit ordine retrogra-
do, illius pedes, qui viliores extant corporis partes,
relicto capite commendando, admirandamque ipſius
cum Catholica Romana Eccleſia vnionem demon-
C ſtrat; innuens, quam grandis ſit eius in Proximum
charitas, deſideriumque pro fide obeundi ſimul, ac
Terrarum Orbem ad eandem reducendi. Hæc diſtin-
ctiùs ſuo tempore præponderabimus, & loco.

QVID VIDEBIS IN SVNAMITE, vel SVLAMITE secundum versionem Heb. NISI CHOROS CASTRORVM? His propheticis verbis cæleſtis Sponſus proponit Angelis Synagogam conuerſam, quaſi dicat: Reſpicite Cœli Ciues nouam meam dilectam Sponſam tanta ad fidem reuerſam lætitia, quanta parta victoria exercitus victorum redit ad ſpolia, conuertens bellicas voces in fauſtas acclamationes, choreas, & cantica, SICVT EXVLTANT VICTORES CAPTA PRAEDA, QVANDO DIVIDVNT SPOLIA. Simile quid Iſraëlis Populus ad fidem conuerſus peraget, prœliando concinet, concinendo dimicabit; canoras in Dei laudes fundet voces, in triplicem hoſtem decertando; Dæmonem Mundum, & Carnem, A B

Pſalm. 150. iuxta dictum Prophetæ: IN TYMPANO, ET CHORO, IN CHORDIS, ET ORGANO: IN TYMPANO; En manuum conſertio; ET CHORO; feſtum carmen. Arma quibus C ſancta Eccleſia bellum committit, ſuoſque protegit, victoreſque de hoſtibus reddit, muſici ſunt chori, ardentes ſcilicet preces, et gementes ſupplicationes: Hi ſunt Exercitus, quos non ſolum in terram; ſed etiam in Cœlum dirigit, vtrumque expugnaturi, & pene-

Matt. 11. 12. traturi; REGNVM COELORVM VIM PATITVR, ET VIOLENTI RAPIVNT ILLVD; pacemque pugnæ coniungit. In his paucis verbis tria nobis conſideranda proponun- D tur; SVLAMITIS; CHORI, & CASTRA. In primo deſignatur ſtatus incipientium; in ſecundo profitentium; in tertio perfectorum: Primi pacem amant; ſecundi laudant, & cantant; tertij viriliter

Matth. 5. 9. Pſal. 32. 1. Eph. 6. 13. Exod. 1. 14. & 15. dimicant. De primis dicitur: BEATI PACIFICI, QVONIAM FILII DEI VOCABVNTVR; De ſecundis: EXVLTATE IVSTI IN DOMINO, RECTOS DECET COLLAVDATIO; De tertijs: ACCIPITE ARMATVRAM DEI, VT POSSITIS

SITIS

A SITIS RESISTERE IN DIE MALO, ET IN OMNIBVS PERFECTI STARE. Sic filij Israël planxerunt in Ægypto, in quo non inueniebant pacem; cantauerunt Domino in transitu maris rubri; viriliter pugnauerunt cum aduersarijs in deserto. Exorditur ergo panegyrim cælestis Sponsus in laudem castæ Sponsæ.

QVAM PVLCHRI SVNT GRESSVS TVI IN CALCEAMENTIS, FILIA PRINCIPIS! Hactenus
B nus diuinos monitus repulisti, & ab Euangelio aberrasti; Ideoque iure merito spreta, & ab omnibus conculcata fuisti; nunc verò fidem ardenti studio complexa, & à prima duritie tua immutata, eò deuenisti, vt non solum eam receperis; verum etiam in cęteros eandem diffundere coneris: ideoque exclamare cogor: QVAM PVLCHRI SVNT GRESSVS TVI IN CALCEAMENTIS FILIA PRINCIPIS! iuxta Isa. 2. 7. Nau. 1. 15.
C Isaię, & Naum prophetias, quos Apostolus ad Rom. & ad Eph. refert: QVAM PVLCHRI, QVAM SPECIOSI PEDES EVANGELIZANTIVM PACEM, EVANGELIZANTIVM BONA! nunc abiectissimæ deperdis Ancillæ nomen vitiorum mancipium; Principis, & filiæ Principis titulum iure merito comparando: his etenim primis conuersionis tuę principijs eò perfectionis deuenisti, vt in incepto itinere melius nequeas Rom. 10. 15 Eph. 6. 16.
D proficisci: Ideoque te meis in oculis fero, & laudans exclamo: QVAM PVLCHRI SVNT GRESSVS TVI IN CALCEAMENTIS! Amatæ Sponsæ igitur blandos commendat incessus, venustamque dicit illius viliorem partem tellurem calcantem, corpus videlicet; non secus ac diceret: Corpore terram calcas, affectus vero ab illius immunditia liberos seruas: corde magnanimum claudis spiritum præclaris iunctū facinoribus, quę te magni Principis filiam iactant;

QVAM

QVAM PVLCHRI SVNT GRESSVS TVI IN CALCEAMENTIS ! Animæ calceus corpus eſt; Moyſi in rubo Deum videndi cupido dictum fuit: NE APPROPIES HVC ; caue tibi ne appropinques, cupidus me videndi: vitam degens reſpicere prohiberis: NON VIDEBIT ME HOMO, ET VIVET. Si me videndi deſiderio flagras: SOLVE CALCEAMENTVM DE PEDIBVS TVIS; Animæ, cum corpore nodum reſoluere opus eſt. Aſt noua nupta liberos ſeruabat affectus, pro pedibus acceptos, à terra remotos, ac ſi fato ceſſiſſet; Ideò exclamat: QVAM PVLCHRI SVNT GRESSVS TVI IN CALCEAMENTIS ! Calceamenta Humilitatis ſymbolum, & progreſſus ſpiritualis. ſequitur Cantica.

Exod. 3. 5. — Exod. 33. 20

A B

IVNCTVRÆ FEMORVM TVORVM SICVT MONILIA, QVÆ FABRICATA SVNT MANV ARTIFICIS: Cæleſtis Sponſus diligenter commendat, & commendauit non ſemel, ſed iterum, atque iterum, Dilectæ ſuæ membra; in quibus tamen (vt obſeruaui) non inuenio aures; carebat forſitan auribus? hoc credibile non eſt, quia deformis, & non pulchra, vt eam prædicat Sponſus: Cur ergo de amatæ auribus non fit commemoratio, nec vlla prorſus mentio? Reſpondeo, quia in Sponſę nomine includuntur: nam Chriſti Sponſa eſſe non poteſt ſine fide; FIDES AVTEM EX AVDITV; aures ergo includuntur in Sponſæ nomine, quia ipſa auris tota eſt ad obediendum expedita. IVNCTVRÆ FEMORVM TVORVM SICVT MONILIA, QVÆ FABRICATA SVNT MANV ARTIFICIS. Hic inter Chriſtianum Populum, & Hebraicum, in fide mirum innuit fœdus fore componendum, iuxta Gregorij magni expoſitionem; duo femora Sponſę, duo ſunt Populi Eccleſiæ;

C D

Rom. 10. 17. — Gregor. in Cant.

A clesiæ; Christianus nempe, & Hebraicus; per iuncturam autem femorum concordia designatur, qua mediante, Populi iungentur simul in fide Catholica ad generationem spiritualem filiorum: idem dicit Philo Carpathius; insuper addit: HAEC (scilicet vnio) MANV EIVSDEM ARTIFICIS ERIT FACTA; quia FIDES PER IESVM CHRISTVM EST DATA, QVI FECIT VTRAQVE VNVM: & erit tantæ perfectionis hæc vnio, vt
B torques preciosus ab vno & eodem Artifice constructus videatur, vtpotè Romæ accidit in prodigio Kalendis Augusti. Catenæ munere in Hierusalem affecta fuerat Eudocia Theodosij Iunioris Imperatoris Vxor, testimonio illam eandem esse, qua Petrus Apostolorum Princeps per Herodis iussum vinctus fuerat: illam humiliter venerata Eudocia Romam in donum misit Eudoxiæ filiæ, quę illam Pontifici detu-
C lit; cui Pontifex è contra aliam, qua idem Apostolus Romę per Neronis iussum fuerat alligatus, ostendit: has illis mutuo deuoto affectu cōparantibus reliquias extemplo duæ illæ catenę ita se se coarctarunt, vt vna & ab eodem Artifice fabricata catena videretur; quæ nostris hisce temporibus Romæ in Ecclesia Sancti Petri ad vincula inuisitur, & omnium oculis proponitur inspectanda. Simile quid vtrique Populo, Christia-
D no scilicet, & Hebraico, continget.

Alcanus hęc, ad Virginem refert: IVNCTVRA FEMORVM NIHIL ALIVD EST, QVAM CONCORDIA DVARVM FOECVNDITATVM, QVAE FVERVNT IN VIRGINE, VNA MENTIS, ALTERA VENTRIS. HAEC IVNCTVRA FVIT, VT MONILE; HABVIT ENIM DVPLICEM COMITEM, VIRGINITATEM SCILICET CARNIS, ET VIRGINITATEM MENTIS. Quasi dicat: IVNCTVRÆ FEMORVM TVORVM SICVT MONILIA: id est prędita duplici fę- Alcanus in Cant.

cun-

cunditate, & duplici virginitate: EGO MATER PVLCHRAE DILECTIONIS. ET A GENERATIONIBVS MEIS IMPLEMINI, per charitatem Dei, & proximi, vitæ actiuę, & contemplatiuę. A

Eccl. 24. 26.

VMBILICVS TVVS CRATER TORNATILIS NVNQVAM INDIGENS POCVLIS: VENTER TVVS SICVT ACERVVS TRITICI VALLATVS LILIIS. VMBILICVS, ET VENTER duę sunt corporis partes simul iunctę à natura, debiles, egentes, & per semet externis operationibus impotentes; verecundia cęlantur; vitę tamen magis, quam pedes, manus ac oculi &c. inseruiunt: vmbilicus enim totius humani corporis est centrum, & quę in ventre seruantur ligamen intestinorum. Per vmbilicum foetus dum est in ventre matris, sustentatur. Non me pręterit aliquoties has vtrasque partes luxuriæ peccatum significare. Ita Iob, cum de Dęmonis potentia dixit: FORTITVDO IN LVMBIS EIVS, ET VIRTVS ILLIVS IN VMBILICO VENTRIS EIVS: In nostro autem casu ad Virginem referuntur, nec in hunc sensum intelligi possunt; quinimò complures Doctores, vt potè Sanctus Basilius, Sanctus Ambrosius, Rupert. Gregor: &c. Virgini applicant; VMBILICVS TVVS CRATER TORNATILIS NVNQVAM INDIGENS POCVLIS. Dicitur vmbilicus Virginis crater tornatilis, propter ornamenta virtutum, & abundantiam gratiarum, & excellentiam castitatis, mentis, & corporis. In Ecclesiastico de illa legitur: EGO QVASI VITIS FRVCTIFICAVI: Vinum, & vua, Vitis fructus est: Ergo verum VMBILICVS TVVS CRATER TORNATILIS &c. VENTER TVVS SICVT ACERVVS TRITICI VALLATVS LILIIS; quia in ventre Christum Iesum gestauerat, & pepererat, qui granum erat:

B C D

Iob 40. 11.

Basil. hom. 1 in princip. procc. Amb. Rup in Cãt. 6. Greg. in Cant. 7.

Eccl. 24. 23.

A erat; NISI GRANVM FRVMENTI &c. VALLATVS LILIIS, ob perpetuã Virginitatem, ante partum, in partu, & post partũ. Sed si libere animum meum aperire deberem simplicitate, qua semper loquor, hæc ad Ecclesiam verba, per fidem iam Synagogæ iunctam, vt superius demonstratum est, applicarem his mysticis (Ventris, & vmbilici translationibus) qui debiles, & egentes partes existunt) Spiritum sanctum Ioan. 12. 24.

B insinuare voluisse existimarem, miseros, œgrotos, & egenos, præsertim ad victum lucrandum impotentes, hisce fore satis superque cumulandos, ne vectigali inopia castitatem, honestatem deperdant, & virginitatem, in ventre, & vmbilico figuratas; illis enim presto erunt nonnulli, qui calamitatibus continuo, necessitatibus, & angustijs ipsorum studebunt occurrere. Quod totum hæc verba mihi innuere vel-

C le videntur: VMBILICVS TVVS CRATER TORNATILIS NVNQVAM INDIGENS POCVLIS: Omnes, vnius mystici Corporis membra sumus: iuxta dictum Apostoli pluribus in locis, & ad Corinth. MVLTA QVIDEM SVNT MEMBRA, VNVM AVTEM CORPVS. NON POTEST AVTEM OCVLVS DICERE MANVI: OPERA TVA NON INDIGEO; AVT CAPVT PEDIBVS: NON ESTIS MIHI NECESSARII; SED MVLTO MA- 1. Cor. 12. 21. 22. 23.

D GIS QVAE VIDENTVR MEMBRA CORPORIS INFIRMIORA ESSE, NECESSARIORA SVNT (vt Vmbilicus, & Venter, debiles partes, egentes, impotentes & pudendæ) hæc affluentia, & copia panis, & vini subleuabuntur, adeo vt nunquam indigeant; & per indigentiam perdant Castitatem.

VMBILICVS TVVS CRATER TORNATILIS &c. Subita, partes istæ pudendæ, & egentes subleuabuntur ope; quæ enim turno perpoliuntur, celeri-

 ter

ter perficiuntur: NVNQVAM INDIGENS POCVLIS. Ne Christus in Iudicio possit dicere: SITIVI, ET NON DEDISTIS MIHI BIBERE; sic de ventre: ESVRIVI, ET NON DEDISTIS MIHI MANDVCARE &c. CRATER TORNATILIS; vas tornatile velocius cæteris perficitur: in prouerbijs legitur: NOLI DICERE AMICO TVO, VADE, CRAS TIBI DABO, CVM STATIM POSSIS DARE. HILAREM DATOREM DILIGIT DEVS: VENTER TVVS &c. venter Ecclesiæ, multitudo pauperũ fidelium, quæ altera pars est dictæ superius similitudinis: ACERVVS TRITICI &c. fruméti copię recreabitur: ACERVVS TRITICI VALLATVS LILIIS: Qui hęc sunt charitatis officia perpetraturi, simplici, & toto cordis affectu, ac summæ puritatis, complectentur, Ideo dicitur: VALLATVS LILIIS: sequitur Cantica. A B

Prou. num. 3.28.

DVO VBERA TVA, SICVT DVO HINNVLI GEMELLI CAPREÆ. Distinctius Vberum similitudine, & hœdorum, Sanctus Spiritus hoc charitatis munus collatum proximo, & conferendum, per Dei vnum amorem ostentat; quod duorum pręceptorum extat complementum: DILIGES DOMINVM DEVM TVVM EX TOTO CORDE TVO &c. HOC EST MAXIMVM, ET PRIMVM MANDATVM. SECVNDVM AVTEM SIMILE HVIC (en mammillæ similes. DILIGES PROXIMVM TVVM SICVT TE IPSVM. Spondet vlterius hoc munere charitatis in Proximum perfuncturo, se in omnibus propitiaturum: Examinate quæso, vtrum quæ disseruerim, vera sint: DVO VBERA TVA, SICVT DVO HINNVLI GEMELLI CAPREÆ. DVO VBERA TVA: En duo prima præcepta Deum diligendi, & proximum, vt dixi; Sed quia proximi indigentia corporalis, vel spiritualis esse potest, en hœdi gemelli lactis indigentes. C D

Matth. 23. 38.

Cum

A Cum ergo Proximo ſuis in neceſsitatibus preſto eſſe debeam, hac de cauſa duæ mammillæ (ſcilicet charitas ſpiritualis, vel corporalis egeſtati corporis, ſeu ſpiritus rationalium hœdorum, correſpondere debet, vt æquilibret comparatio) EN DVO VBERA TVA, SICVT DVO HINNVLI GEMELLI CAPREÆ: his in myſticis verbis latitat copioſa retributio. DVO VBERA TVA &c. Dicet aliquis:
B mammillæ lac præbent, hœdi ſumunt; inter illos ergo nulla adeſt ſimilitudo. Dic mihi, quæſo; quod damus Proximo, non ne accepimus a Deo? QVID HABES, QVOD NON ACCEPISTI? Vbera ergo, & mammillę, quę lac dant, Hoedis ſimiles redduntur: nam vno eodemque tempore, dum damus Proximo, accipimus a Deo: DATE ET DABITVR VOBIS: non ad menſuram tantum; ſed magno cum fœnore 1.Cor.4.7. Luc. 6. 38.
C pro vno centum: CENTVPLVM ACCIPIET: Dei promiſſio vera, & immutabilis: Pauperibus ergo, & Egentibus Chriſtum repręſentãtibus (QVOD VNI EX MINIMIS MEIS FECISTIS, MIHI FECISTIS) tribuere idem eſt, ac ab ipſo met Domino recipere, adeo vt dicat Naz. Dare Deo, accipere eſt; Bene ergo procedunt: DVO VBERA TVA, SICVT DVO &c. & qui ſolam habet voluntatem dandi, cum non ha- Math.19.29 Matt. 25.40 Naz. orat in S.Bapt.
D beat facultatem; ſufficit, vt a Deo recipiat. Audi eundemmet Naziãzenum ſuper verba Iſaiæ. OMNES SITIENTES VENITE AD AQVAS, ET QVI NON HABETIS ARGENTVM, PROPERATE, EMITE, ET COMEDITE; VENITE, EMITE ABSQVE ARGENTO, ET ABSQVE VLLA COMMVTATIONE VINVM, ET LAC. VIDE (inquit Sanctus) CLEMENTIAM DOMINI MIRAM, ET BENEFACIENDI RATIONEM, ET FACILEM CONTRAHENDI MODVM. BONVM HOC, SOLO VOLVNTATIS PRETIO, EMENDVM Iſa. 55. 1. Naz. orat. in S. Bapt.

TIBI PROPONITVR, APPETITIONEM IPSAM DEVS INGENTI A
PRETII LOCO AESTIMAT: SITIT SITIRI, BIBERE CVPIENTIBVS POTVM PRAEBET, CVM A DEO BENEFICIVM PETITVR, BENEFICIO SE AFFICI PVTAT; IVCVNDIVS IPSE DAT, QVAM ALII ACCIPIANT: SINE PRAETIO; ET COMMVTATIONE NIHIL HABENTIS EMIT AB EO, QVI DAT OMNIBVS AFFLVENTER: Verum eſt ergo: DVO VBERA TVA, SICVT DVO HINNVLI GEMELLI CAPREÆ &c. Canticam proſequa- B
mur.

COLLVM TVVM SICVT TVRRIS EBVRNEA: In animum & mentem reduco, hanc Turris translationem Spiritum ſanctum tribus Sponſæ corporis partibus aptare, bis collo, in quarto ſcilicet capite. (Cant. 4. 4.) SICVT TVRRIS DAVID COLLVM TVVM, hoc in loco, & paulo infra Naſo. (Cant. 8. 10.) NASVS TVVS SICVT TVRRIS LIBANI; & octauo capite eadem C
Sponſa; EGO MVRVS, ET VBERA MEA SICVT TVRRIS, adeo vt ſanctus Spiritus Turribus circumſeſſam Sponſam deſcribat, in Collo naſo, & pectore Turris: Cantica iuxta Bernardi, & Ruperti Abbatis expoſitionem, tota ad Virginem ſpectat; Ergo tot turribus a Diuina prouidentia munitam dicit, ne illam Tartareus hoſtis vllo vnquam tempore lędere poſſit; Turris eſt pugnantium, vt Domus pa- D
cificè habitantium: Illam ergo, & ego Turrim dicam cum Eccleſia in litanijs quę illam bis nominat Turrim: TVRRIS DAVIDICA: TVRRIS EBVRNEA. ob diuerſa munera, quibus apud Deum fungitur tanquam Peccatorum Aduocata, & Cauſidica. REFVGIVM PECCATORVM. Turris nempe Dauid peccantis, hoc eſt ad illam Peccatorum conuolatio. Collum dicitur ob munus, quod inter caput, & corpus inter Deum,

A Deum, & hominem ſeruat. Mammillę Turres ſunt non per vnicam maternitatem, & veri filij nutricationem tantum; ſed quia quotidie in filios adoptiuos (nos videlicet) matris munus exercet. Dominus etiam eſt nobis Turris, ſic orat Eccleſia: ESTO NOBIS DOMINE TVRRIS FORTITVDINIS A FACIE INIMICI. Plura dicerem; ſed quia breuitati ſtudeo, innuiſſe ſatis exiſtimo, vt cœpto ordine ſiſtam; & hæc ad Chri
B ſti myſticum corpus verba referam.

COLLVM TVVM SICVT TVRRIS EBVRNEA. Collum caput nectit; hoc Pontifex eſt, populum Deo coniungens, ligandique ſeruans poteſtatem: QVODCVNQVE LIGAVERIS SVPER TERRAM &c. hic in fide immobilis erit, à terra erectus, fortis, vt creditos ſibi ab inimicorum tuetur aggreſſibus, velut Turris, & licet fragili compactus carne, ſuis tamen
C in actionibus tanquam os pretioſum ſe præbebit; Ebur enim Elephantis dens eſt; per ſynecdochen Spiritum ſanctum loquutum fuiſſe opinor, partem pro toto, dentem pro Elephante accipientem: Turres ſuis humeris in prælijs geſtant Elephantes; ſi loco immota exiſteret turris, tẽpore belli, ad eam ſimul conuolandum eſſet, & confugiendum; quod ſi loco mobilis eſt, nos proſequẽdo, noſtris in neceſſitatibus tu-
D tabitur, vt potè petra Hebraico populo aquã elargita, illos inſequens: CONSEQVENTE EOS PETRA. Memini me in D. Ambroſio lectitaſſe, Perſas, tot in prælia Elephantes ducere, vt ipſe dixerit: ACIES PERSARVM, VELVT GRADIENTIBVS TVRRIBVS SEPTA PROCEDIT IN MEDIIS CAMPIS; TANQVAM DE MVRO DIMICANT, ET VELVT IN ARCE QVADAM, SPECTANT MAGIS BELLA, QVAM SVBEVNT: ITA ALIENI A PERICVLO VIDENTVR, TVTI MOLIBVS BESTIARVM.

1. Cor. 10. 4.
Ambroſ. lib. 6. exam.

OCV-

OCVLI TVI SICVT PISCINÆ IN HESEBON, QVÆ SVNT IN PORTA FILIÆ MVLTITVDINIS. Oculi, qui lacrymis animi affectum produnt, SICVT PISCINÆ IN HESEBON. Hi sunt Episcopi, qui speculatores dicuntur, quia non solum vident; sed prospiciunt, & mystici corporis A
Heb. 13.17. consulunt necessitatibus: IPSI ENIM PERVIGILANT (inquit Paulus) QVASI RATIONEM PRO ANIMABVS VESTRIS REDDITVRI; Oculi dicuntur ob curam, solicitudinem, B
& circũspectionem subditorum; cũ sint oculi, efficiuntur SICVT PISCINÆ IN HESEBON, quæ in Porta adstabant, ad ingredientis publicam, & exeuntis vtilitatem. HESEBON interpretatur CINGVLVM MOERORIS; vno verbo significat ab illis multas fore lacrymas diffundendas, in salutem sibi creditarum languentium præcipuè animarum.

NASVS TVVS SICVT TVRRIS LIBANI, C
QVÆ RESPICIT CONTRA DAMASCVM. Quoad sensum grammaticalem; quia Iudæi multa damna recipere, & maxima bella ex Damasco Syriæ metropoli peragere, & formidare solebant, Turrim in monte Libano ædificauere, quæ Turris respiciebat Damascum, vt possent Hostes à longe videre venientes, & præparare se ad pugnam. His translatis Spiritus sanctus comparat nasum Ecclesiæ Sponsæ D
huic Turri Libani: NASVS TVVS SICVT TVRRIS LIBANI. Pro intelligentia horum obscurorum verborum, rememorandum est, quod diximus in quarto capite Canticæ, omnes scilicet Christi fideles medio Baptismate (ex doctrina Apostoli) membra mystici corporis Domini fieri: SICVT ENIM IN VNO CORPORE MVLTA MEMBRA HABEMVS, OMNIA AVTEM MEMBRA NON EVNDEM ACTVM HABENT, ITA MVLTI VNVM
Rom. 12.4.

COR-

A corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: vnus oculorum munere fungitur, oris alter, dentium ille, iste nasi, qui eminet in vultu, munit simul, & decorat faciem, cuius situs est apud oculos (id est Apostolos) respirationi inseruit, vniusque odoratus organum extat: nam hoc mediante alitum habemus attrahendo aerem, vnde per magnum olfactum (qui metaphoricè magnus di-
B citur nasus) odores à fetoribus distinguimus. Hæc figurata translatio nasi ad animarum Pastores referri potest, iuxta Diui Anselmi, Bedę, Carpathij, Theodoreti, & aliorum expositionem, & ad eos omnes, qui cæteris regendis, & gubernandis præficiuntur, ne scilicet immansueti sint, & indiscreti; sed mites, & prudentes, vt optimè sciant distinguere bonum reale ab apparenti, ne Diabolus, qui sæpe in Ange-
C lum lucis se transformat, eos sub boni specie decipiat. Rectores igitur animarum Nasum id est, perspicaciam habere debent ceu Turrim Libani eminentē, & rectam, vt quæ ad bonum regimen necessaria sunt, præuidere possint, & simul prouidere, & quatenus opus sit resistere; magnus etenim nasus magnam significat prudentiam, iuxta Glossam Patrum.

NASVS TVVS SICVT TVRRIS LIBANI. Pro
D maiori horum mysteriosorum verborum intelligentia sciendum est militantem Ecclesiam ad instar Ciuitatis ædificari. Audite Prophetam in Psal. 121. Hierusalem, quae aedificatur vt civitas: vocat Ecclesiam militantem Hierusalem, quia in ipsa per fidem videtur Deus: hæc ædificatur vt Ciuitas. notate cum Augustino, Regalem Prophetam non absolutè nominare Ecclesiam Ciuitatem, sed vt Ciuitas, quia eius structura materialis non est, nec inanimata, Psal. 121. 3.

sed

ſed ſpiritualis, & viua; ſic Princeps Apoſtolorum A
1. Petri 2.5. ſcribens ad fideles: IPSI TANQVAM LAPIDES VIVI SVPERAEDIFICAMINI DOMVS SPIRITVALIS. Dicitur Ciuitas Ciuium vnitas, quam vnitatem dilectio facit, qua mediante omnia bona communicantur ad inuicem; Ideo ſequitur Propheta: CVIVS PARTICIPATIO EIVS IN IDIPSVM, vt in primitiua ſeruabatur Eccleſia: MVLTITVDINIS AVTEM CREDENTIVM ERAT COR VNVM, ET ANIMA VNA, ET OMNIA ILLIS ERANT COMMVNIA, & B

Act. Apoſt. 4. 32.

hodie in Religionibus ſeruatur. Naſus ergo habet aliquam proportionem cum turri; nam ſicut naſus eminet in facie, ſic Turris in ciuitate: ſed melius procul dubio ex doctrina cæleſtis Sponſi propoſitam intelligemus ſimilitudinem Turris, & Naſi. Chriſtus Dominus in Luca loquens de voluntaria electione ſtatus perfectionis, qui conſiſtit non in obſeruantia Diuinorum Præceptorum ſolum, ſed conſiliorum C etiam: SI VIS PERFECTVS ESSE, VADE, ET VENDE OMNIA QVAE HABES, ET DA PAVPERIBVS: vnde mundi Saluator loco ſupracitato dixit: SI QVIS VENIT AD ME, ET NON ODIT PATREM SVVM, ET MATREM, ET VXOREM, ET FILIOS, & FRATRES, ET SORORES, ADHVC AVTEM, ET ANIMAM SVAM, NON POTEST MEVS ESSE DISCIPVLVS, ET QVI NON BAIVLAT CRVCEM SVAM ET VENIT POST ME, NON POTEST MEVS ESSE DISCIPVLVS. D Deinde immediatè ſubiungit: QVIS ENIM EX VOBIS VOLENS TVRRIM AEDIFICARE, NON PRIVS SEDENS COMPVTAT SVMPTVS &c. declarando quod tanta requiratur conſideratio, & prudentia in electione huius ſtatus facienda, quanta in ædificatione Turris, vel in ſuſcipiendo bellum, & comparando exercitum aduerſus Potentem Regem. Aſſignat inſuper differentiam, ſeu conuenientiam inter corporale, & ſpirituale

Luc. 14.26.

Matt. 19.21.

A le ædificium, concludens: QVI NON RENVNCIAT OMNIBVS QVAE POSSIDET, NON POTEST MEVS ESSE DISCIPVLVS. quasi dicat: pro ædificatione Turris materialis, & pugnæ corporalis congregatæ opes disperguntur: sic pro ædificatione Turris spiritualis, et pugnæ: QVI NON RENVNCIAT OMNIBVS QVAE POSSIDET, NON POTEST MEVS ESSE DISCIPVLVS, nec strenuus miles spiritualis, nam REGNVM CAELORVM VIM PATITVR,
B ET VIOLENTI RAPIVNT ILLVD. Ex verbis igitur Domini; perfecti Religiosi Turres sunt Ecclesiæ; si Turres, ergo, & nasi: nam si nasus Spōsę similis est Turri, ergo & turris similis erit naso eius; nec tantū nasus similis est Turri; sed TVRRI LIBANI: LIBANVS candorem præsefert, & castitatem; in monte hoc iucundissimus, & magnus extabat odor propter copiam, & abundantiam cedrorum, adeo vt in Eccles. legatur:
C QVASI LIBANVS ODOREM SVAVITATIS HABETE; vbi magnus odor magnus requiritur nasus: Hęc Turris Libani respiciebat contra Damascum, id est, contra Dæmonem nostrum sitientem sanguinem. Damascus interpretatur potus sanguinis, & similitudo incendij, luxurię symbolum; nam qualis ignis, talis & luxuria: prodit, quem delectat, inflammat, denigrat, & comburit, quem nimis ad hunc ignem accedit. Eccli. 39. 18
D huius vt superes calliditatem, viriliter dimicandū, vel fugæ necesse est te cōmittas, etenim fugiendo vincitur caro, patiendo mundus, resistendo Diabolus. Libanus bene olens figura castitatis, cōtrarius erat Damasco fœtenti, symbolū peccati, & peccatoris; nam omne peccatum fœtet, & omnis peccator (cuius typum gerebat Lazarus) singulariter autem peccata carnis pessimum habent odorem, quem in alios transmittunt: malus odor, est mala fama,

Luc. 7. 37. Prouerb. 11 22. Ezech. 23. 25.

MVLIER QVAE ERAT IN CIVITATE PECCATRIX; Sacris in paginis peccator carnalis Porco assimilatur; Vnde in Prouerbijs legitur: CIRCVLVS AVREVS IN NARIBVS SVIS MVLIER PVLCHRA, ET FATVA: & in Ezechiele mulieri adulteræ nasus præcidebatur, quia bonum odorem matrimonij mutauerat in fœtorem adulterij. Si ergo sententia Domini denasantur incasti, a contrario sensu magnus nasus magnam significabit castitatem figuratam in Monte Libano odorifero, qui contrarius erat Damasco fœtenti; bene ergo dicitur: NASVS TVVS SICVT TVRRIS LIBANI, QVÆ RESPICIT CONTRA DAMASCVM. Hæc verba vnam tantum inuoluunt difficultatem: Turris pro Domo non inseruit ad incolendum; sed ad excubias exercendas: ast agere custodias, munus oculorum est, non nasi: Dicendum erat ergo OCVLI TVI, qui longinquum prospiciunt hostē, nam & Turris Libani hac finali intentione fabricata erat, QVÆ RESPICIT CONTRA DAMASCVM; respicere oculorum munus est, non nasi, dicendum erat ergo OCVLI TVI SICVT TVRRIS LIBANI, & non nasus tuus. Ex supradictis satis apparet responsio. Nam, vt diximus, nasus, & Libanus candorem significat, & castitatem; Damascus Luxuriam, quæ luxuria per visum & oculos ortum ducit; Vnde Iob: PEPIGI FOEDVS CVM OCVLIS MEIS, VT NE COGITAREM QVIDEM DE VIRGINE: Oculi ergo ad rem non faciunt, etenim hoc vitium oculos libenter fallit, VISVM FOVENDO CONTEGAT NE VANITATES HAVRIAT: OCVLIVE PECCENT LVBRICI, Vt ergo hoc fugiamus peccatum, lumina claudenda; nam vt cecinit quidam: SI NESCIS, OCVLI SVNT IN AMORE DVCES; e contra vero Nasus grandis amplius distin-

Iob. 31. 1.

Eccles. in hymn. feriæ V.

A B C D

A distinguit odorem a fœtoribus, id est castitatem a lu-
xuria, amando primam, fugiendo secundam: magnus
ergo nasus ad rem optime facit, non autem oculi.
Hac mystica similitudine (ni fallor) Spiritus san-
ctus ostendit Prælatos fore deputandos, castitatem,
charitatem, & iustitiam administraturos, fortes in se,
alijs odoriferos, ceu Turres Libani, vt suo munere cũ di-
scretione, in naso figurata, fungantur, & se amabiles si-
B mul, & admirabiles reddantur. sequitur Cantica.
CAPVT TVVM VT CARMELVS, ET CO-
MÆ CAPITIS TVI SICVT PVRPVRA REGIS
VINCTA CANALIBVS. Cum hactenus Spiritus
sanctus de Episcopis, & animarum Rectoribus dis-
seruerit sub diuersis translatis, nunc temporis ad
summum Pontificem (qui caput visibile est militan-
tis Ecclesiæ) & Cardinales conuertit sermonem:
C CAPVT TVVM VT CARMELVS. CARMELVS
interpretatur scientia circumcisionis, quæ duplex est,
mentis, & corporis; vnde Stephanus, INCIRCVM-
CISIS CORDIBVS, ET AVRIBVS &c. Circumcisio cor-
dis significat munditiam cordis: BEATI MVNDO COR-
DE, circumcisio corporis castitatem: Quare incir-
cumcisus dicitur qui libidini vacat ex Isaia. Affirmat Isa. 35.
igitur Spiritus sanctus, Pontificem in fide, charita-
D te & castitate fore constantem ceu montem immobi-
lẽ, iuxta dictũ Prophetę: QVI CONFIDVNT IN DOMINO Psal. 124. 1.
SICVT MONS SION, NON COMMOVEBITVR IN AETER-
NVM; Diuini honoris zelo ardentem vt Elias, qui mor
tem non formidabat, sed pro Dei amore optabat:
PETIVIT ANIMAE SVAE VT MORERETVR: sic sũmus Pon- 3. Reg. 19. 4.
tifex, quamobrem Carmelo Elię monti assimilatur,
CAPVT TVVM VT CARMELVS. De naso prædi-
xit Isaias: GLORIA LIBANI DATA EST EI, & de capi- Isa. 35.

te: ET DECOR CARMELI, IPSI (scilicet nasus, & caput) VIDEBVNT GLORIAM DOMINI, ET DECOREM DEI NOSTRI. Sequitur Cantica: COMÆ CAPITIS TVI SICVT PVRPVRA REGIS VINCTA CANALIBVS: hi sunt Cardinales, qui a capite pendent, illique iunguntur, ornamentum texentes, & coronam: SICVT PVRPVRA REGIS: ex eo quod purpura vestiantur & Regibus æquiparantur: Purpuram induunt, cuius color sanguineus est, vt suis vel in vestibus declarent se pro fide vltro, & vt opus requisierit, sãguinem profusuros. Hęc Basileense Concilium affirmat; Purpura hæc canalibus iungetur: IVNCTA CANALIBVS; In canalibus currit aqua, quæ Eleemosynæ comparatur: SICVT AQVA EXTINGVIT IGNEM; ITA ELEEMOSYNA EXTINGVIT PECCATVM. Aqua in ima pręceps iruit, & in Canalibus crystallina apparet; vno verbo referat, humiles fore, charitati simul & castitati studentes, quare purpura non erit disiuncta; sed iuncta canalibus: hoc de felicissimo tempore, prophetico spiritu, tractat Apostolorum Princeps in prima sua epistola, illos subleuaturus, qui pro Christi amore ęrumnas subeunt: QVI IN VIRTVTE DEI CVSTODIMINI PER FIDEM IN SALVTEM PARATAM REVELARI IN TEMPORE NOVISSIMO, IN QVO EXVLTABITIS: MODICVM NVNC SI OPORTET CONTRISTARI IN VARIIS TENTATIONIBVS. Idem prædixit Daniel Propheta: REGNVM AVTEM, ET POTESTAS, ET MAGNITVDO REGNI, QVAE EST SVBTER OMNE COELVM, DETVR POPVLO SANCTORVM: ET OMNES REGES SERVIENT, ET OBEDIENT EI; Idem quoque pluribus in locis innuit, vt etiam D. Ioannes in Apocalypsi, similitudine famosæ meretricis, (Romanæ Vrbis miserias, & calamitates describendo) cap. 17.

Con. Basil. sess. 23.

prima Petri cap. 1 5.

Dan. 7. 27.

A cap. 17. & 18. quod his verbis exorditur. POST HAEC (mala videlicet) VIDI ALIVM ANGELVM DESCENDENTEM DE COELO (Pontificem nempe, Angeli a Deo missi formam induentem, hominis deperdentem) HABENTEM POTESTATEM MAGNAM (QVODCVNQVE LIGAVERIS, QVODCVNQVE SOLVERIS) ET TERRA ILLVMINATA EST A GLORIA EIVS. En quod diximus. Ideoque Iure merito sequitur Cantica, de Ecclesia di- Apoc. 18. 1
B cens.

QVAM PVLCHRA ES, ET QVAM DECORA, in opere, CHARISSIMA, IN DELICIIS cælestibus! STATVRA TVA ASSIMILATA EST PALMÆ, ET VBERA TVA BOTRIS (semper viuens) Botrus, primo pedibus calcatur; secundò in torculari premitur; tertio mustum exprimitur: sic, vt innuat eius felicitatem non per vnicam duraturam
C diem; Ideoque dicit: STATVRA TVA ASSIMILATA EST PALMÆ, per rectitudinem, sublimitatem, firmitatem, & fertilitatem: ET VBERA TVA BOTRIS, per charitatem, qui pressi mustum præbent; sic tu cum se se occasio præsentauerit, sanguinem pro meo amore profundes. Ad hæc Sponsa, suis esse in votis, & se paratam, confitetur.

DIXI: ASCENDAM IN PALMAM, ET
D APPREHENDAM FRVCTVS EIVS. ASCENDAM IN PALMAM; palma martyrium significat & Crucem, de qua dicitur: CRVX FIDELIS INTER OMNES ARBOR VNA NOBILIS: NVLLA SILVA TALEM PROFERT FRONDE, FLORE ET GERMINE: non solum vt patiar in ea; sed vt APPREHENDAM FRVCTVS EIVS, vt fato cedam, in illa salutis fructus reportatura. Cui Sponsus: ET ERVNT VBERA TVA SICVT BOTRI VINEÆ; qui pro cibo, & potu inseruiunt, & si- Hymnus Dominicæ Pasſionis.

& significat charitatem, nam opera misericordiæ, vbera sunt, charitas, & dilectio; BOTRVS VINEÆ, Christus, hoc nomine à Sponsa decoratus, eadem in Cantica; BOTRVS CYPRI DILECTVS MEVS MIHI IN VINEIS. Ergo cum dicit: ERVNT VBERA TVA SICVT BOTRI VINEÆ, vtriusque amorem, Christi scilicet, & Ecclesiæ, similem esse testatur. Christus pro nobis in Cruce diem clausit extremum: dum verò Sponsa in Cruce pro Sponso obire non recusat, illius ergò dilectio similis Sponsi redditur, qui botrus est vineæ; Et sic VBERA TVA (Dei scilicet, & Proximi dilectio) ERVNT SICVT BOTRI VINEÆ, qui prius calcantur pedibus; deinde in torculari premuntur; postremo totum mustū exprimitur, vt de Christo. ET ODOR ORIS TVI, SICVT MALORVM. ODOR ORIS, honesta sunt verba de corde prolata, SICVT MALORVM: Sponsus in Cantica dicitur; SICVT MALVS INTER LIGNA SILVARVM, SIC DILECTVS MEVS; Dictio ergo MALORVM, illius (scilicet Pontificis, & Ecclesiæ) cum Christo consona verba, & facta indicat futura. Quæ autem verba dedit Christus? HOC EST PRAECEPTVM MEVM, VT DILIGATIS INVICEM, SICVT DILEXI VOS; quanto nos dilexit affectu? infinito sane, vt pro nobis extremum efflauerit halitum. Cum ergo, & quæ dixeris, & perpetraueris actu comprobabis; ODOR ORIS TVI ERIT SICVT MALORVM, quod culmen, & apex extat charitatis: MAIOREM CHARITATEM NEMO HABET, VT ANIMAM SVAM PONAT QVIS PRO AMICIS SVIS: Tanta, & tam grandis huius erit charitatis vis, vt non solum verba, sed hominum confundat, & superet intellectum. Vnus Deus, hoc optimum libat vinum, suamque

Marginal notes: Can. 1. 13. — Cant. 2. 3. — Ioan. 15. 12. — Section letters: A, B, C, D

A que de illo reddit infallibilem sententiam.

GVTTVR TVVM (dicit Sponsus) GVTTVR TVVM SICVT VINVM OPTIMVM : (respondit Sponsa) DIGNVM DILECTO MEO AD POTANDVM LABIIS, ET DENTIBVS ILLIVS AD RVMINANDVM. Dilectio, & gustus, cum terminos excedunt, verba in ore reprimunt, & confundunt, quæ in lucem edi vetita in corde suffo-
B cantur. Hoc de Sanctorum asserit Dauid voluptatibus: EXVLTATIONES DEI IN GVTTVRE EORVM. Dicit Psal. 144.6.
ergo Sponsus: GVTTVR TVVM SICVT VINVM OPTIMVM: Guttur est vehemens desiderium patiendi pro Christo. Sua de passione Saluator Iesus disserens, illam vino comparauit: POTESTIS BIBERE CALICEM, QVEM EGO BIBITVRVS SVM? CALICEM, QVEM DEDIT MIHI PATER, NON BIBAM ILLVM? CALIX IN MA- Matt. 20.22 Ioan. 18.11. Psalm. 74.9
C NV DOMINI VINI MERI &c. Optimum vinum illud est, quod in sanguinem à Christo commutatur, quo melius, & suauius reperiri non potest. Sanctissimo in Sacramento corpus adest, & sanguis Christi, eius Passionis cõpendiũ: DEVS, QVI NOBIS SVB SACRAMENTO MIRABILI PASSIONIS TVAE MEMORIAM RELIQVISTI &c. RECOLITVR MEMORIA PASSIONIS EIVS. Huius Sacramenti indicibilis magnitudo, omnem exuperat elo- D.Thom. in orat.
D quentiam: MAIOR OMNI LAVDE, NEC LAVDARE SVFFICIS. sequentia in festo Corporis Christi.
Christus suę in extremo vitæ vehementissimum, quo Ecclesiam prosequebatur amorem reserauit: CVM DILEXISSET SVOS, IN FINEM DILEXIT EOS; adeo vt amore Ioan. 13. 1.
tactus vinum in suummet sanguinem permutauerit: Ecclesia Sponsa, vt par pari referat in mundi cadentis fine, suum in vinum sanguinem commutabit. Daniel pluribus in locis scribit, Antichristum missæ sacrificium, & Diuini Verbi prędicationem abdica- Dan. 8.11. 9.27.12, 11.

turum;

Ioel, 1.9. turum; hoc ipsum confirmant Ioel, & Ioannes in A
Apoc. cap. 17. 6. hunc Dæmonem in carne sub meretricis forma per illius inhonestatem describens, magnam, inquit, sanguinis copiam profusurum, & exhausturum: ET VIDI MVLIEREM EBRIAM DE SANGVINE
Apoc. 17. 6. SANCTORVM, ET DE SANGVINE MARTYRVM IESV; Quamobrem martyrum sanguis, vt vinum reddetur, & potabitur: & quia Christifideles Dei verbum voce publicare nequibunt, cordis affectus in ore repres- B
sos eorum generosus sanguis tacita, sed vehementi eloquentia prædicabit, profundi, & exhauriri gaudebit; & tunc adimplebitur:

GVTTVR TVVM SICVT VINVM OPTIMVM, DIGNVM DILECTO MEO AD POTANDVM, LABIIS, ET DENTIBVS ILLIVS AD RVMINANDVM. VINVM OPTIMVM est Euangelium, DIGNVM DILECTO MEO AD POTANDVM, C
quia Redemptor solus perfectè intellexit, prædicauit, & obseruauit, fideles tamen vitam pro illo libenti animo dabunt, vt pro viribus par Christo referant, qui corpus suum in cibum, & sanguinem in potum
Psal. 115. 12. est elargitus, & cum Propheta dicent: QVID RETRIBVAM DOMINO PRO OMNIBVS, QVAE RETRIBVIT MIHI? CALICEM SALVTARIS ACCIPIAM, ET NOMEN DOMINI INVOCABO. Sponsa in Canticæ exordio dixit: FASCI- D
CVLVS MYRRHÆ DILECTVS MEVS MIHI; Sponsum amore sui myrrham euasisse, adeoque se in myrrham velle commutare; quod tunc peraget, iux-
Ephes. 5. 1. ta Pauli documentum: ESTOTE IMITATORES DEI, SICVT FILII CHARISSIMI, ET AMBVLATE IN DILECTIONE SICVT CHRISTVS DILEXIT NOS, ET TRADIDIT SEMETIPSVM PRO NOBIS OBLATIONEM, ET HOSTIAM DEO IN ODOREM SVAVITATIS; & hoc ipsum Romanis suadet:

OBSE-

A OBSECRO VOS FRATRES PER MISERICORDIAM DEI, VT EXHIBEATIS CORPORA VESTRA HOSTIAM VIVENTEM, SANCTAM, DEO PLACENTEM; hæc erunt ſacrificia,quibus ſemet Deo offerent, Chriſti fideles; illorum enim quiſque ſibi dicet: Si cęleſtis Sponſus in duro crucis ligno honori ſibi duxit animam efflare pro me; occũbam, & ego illius amore non ab ſimili morte. DIXI ASCENDAM IN PALMAM &c. hæc mihi glo- Rom. 12.1.

B ria; MIHI AVTEM ABSIT GLORIARI, NISI IN CRVCE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI. vnaque voce ſimul erumpentes dicent: NOS AVTEM GLORIARI OPORTET IN CRVCE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI eorum in ſingulis verificato dicto: EGO DILECTO MEO, ET AD ME CONVERSIO EIVS: Chriſti totus ſum, quia Chriſtus totus meus. DEVS CHARITAS EST: ET QVI MANET IN CHARITATE IN DEO MANET, ET Galat.6.14 1.Ioan.4.16

C DEVS IN EO. QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SANGVINEM, IN ME MANET, ET EGO IN ILLO. Noſcens igitur prudens nupta animæ periculum commorari in Vrbe, illis in extremis temporibus, & ſine ſuo cæleſti Sponſo boni nihil peragere poſſe: SINE ME NIHIL POTESTIS FACERE; diuinam implorat opem, & Sponſum ſuum egredi in agrum orat. Ioan. 6. 57. Ioan. 15. 5

VENI DILECTE MI, EGREDIAMVR IN

D AGRVM, COMMOREMVR IN VILLIS. MANE SVRGAMVS AD VINEAS, ET VIDEAMVS SI FLORVIT VINEA, SI FLORES FRVCTVS PARTVRIVNT, SI FLORVERVNT MALA PVNICA, nouellas Eccleſiæ ſpirituales plantas. Vinea animæ floret per fidei perceptionem; flores fructus parturiunt per publicam confeſſionem; ſpiritualium etenim florum tres ſunt fructus; primus oris confeſſio; ſecundus operis exequutio; tertius perſeuerantiæ

finalis consummatio, qui coronati sunt fructus: IBI A
DABO TIBI VBERA MEA, ibi, in agro dominico, dabo tibi (pauperibus nempe) tuam repræsentantibus personam: QVOD VNI EX HIS FRATRIBVS MEIS MINIMIS FECISTIS, MIHI FECISTIS; VBERA MEA, (prima scilicet rudimenta fidei) vt Apostolus ad Corinth. LAC VOBIS POTVM DEDI, NON ESCAM. VBERA, æternę vitæ sunt monita ex charitate prouenientia. tali verbo, & exemplo B

Matt. 25. 40
1. Cor. 3. 2.

MANDRAGORÆ, idest homines rudes, & agrestes, DEDERVNT ODOREM SVVM (bonum, propriæ conuersionis). IN PORTIS NOSTRIS, ab introitu ad exitum, quæ sunt portæ humanæ vitæ, OMNIA POMA (opera, & exempla) NOVA, ET VETERA; idest, in nouo, & veteri Testamento indicata, & contenta; SERVAVI TIBI non alteri. Veni ergò, EGREDIAMVR IN AGRVM C (extra Vrbem) iuxta Euang. Matth. monitum: CVM VIDERITIS ABOMINATIONEM DESOLATIONIS, QVAE DICTA EST A DANIELE PROPHETA (STANTEM IN LOCO SANCTO) (Romę videlicet) (QVI LEGIT INTELLIGAT) hic parenthesim format, quia à Sacerdotibus, quos corripit, intelligi desiderat, ne sæcularibus innotescere: Sacerdos legit, ergo: TVNC QVI IN IVDAEA SVNT: Iudæa idem est ac confessio (hoc est Roma) FVGIANT D AD MONTES: en illud Canticæ, EGREDIAMVR IN AGRVM. Ioannem in Apoc. audite: ET MVLIER (Ecclesia scilicet) FVGIT IN SOLITVDINEM, VBI HABEBAT LOCVM PRAEPARATVM A DEO: & quia per aliquod tẽpus agros incolet, COMMOREMVR, ait, IN VILLIS; MANE SVRGAMVS AD VINEAS. MANE indicat diligentiã, & feruorẽ: illis in locis Christi fideles Diuini verbi semen magno conatu diffundent, Ecclesias

Matt. 24. 15.
Dan. 9. 27.
Apo. 12. 6.

A clesias per vineas demonstratas inuisendo, monitaque vitæ æternę elargientur, qui coronati sunt fructus; illorumque charitas toti patebit terrarum Orbi: IBI DABO TIBI VBERA MEA; adeo vt barbaras gentes, & rudes populos per mandragoras intellectos ad fidem sint reuocaturi: MANDRAGORA est herba aromatica, cuius radix formam habet humani corporis, præter caput. IN PORTIS NOB STRIS &c. temporibus illis extremis, CVM VIDERITIS HAEC OMNIA, SCITOTE, QVIA PROPE EST IN IANVIS, ait S. Matth. Tunc in vnum colligent dispersos in veteri, & nouo Testamento fructus, idest duo præcepta charitatis in veteri, & nouo Testamento, iuxta eiusdem Matthęi monitum: OMNIS SCRIBA DOCTVS IN REGNO COELORVM SIMILIS EST HOMINI PATRI FAMILIAS, QVI PROFERT DE THESAVRO SVO NOC VA, ET VETERA, vt in Autumno extremi anni temporis proximo; & suos in semet seniores spiritus, in recentiorum Christi fidelium spiritibus, renouabunt, hocest Apostolorum: QVI IBANT GAVDENTES, QVONIAM DIGNI HABITI SVNT PRO NOMINE IESV CONTVMELIAM PATI, vt cuncta quæ Coelo subsunt Deo offerant, NOVA ET VETERA, id est vniuersos comprehensos in veteri, & nouo Testamento virtutum D actus. IN PORTIS NOSTRIS, id est, in morte, OFFERAM TIBI &c. quæ mors porta est, per quam egredimur ex hac præsenti vita, & ingredimur ad æternam gloriam, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Matth. 24.32.

Matt. 13.52.

Act. Apost. 5.41.





CANTICI
CANTICORVM
CAPVT VIII.



1 VIS mihi det te fratrem
meum sugentem vbera
matris meæ, vt inueniam
te foris, & deosculer te,&
iam me nemo despiciat?
Apprehendam te, & ducam
2 in domum matris meæ:ibi
me docebis, & dabo tibi poculum ex vino con-
dito,& mustum malorum granatorum meorum.
3 Læua eius sub capite meo , & dextera illius
amplexabitur me.
4 Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, ne-
que euigilare faciatis dilectam,donec ipsa velit.
5 Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs
affluens,innixa super dilectum suum?Sub arbore
malo suscitaui te : ibi corrupta est mater tua, ibi
violata est genitrix tua.

Pone

6 Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio: lampades eius, lampades ignis atque flammarum.

7 Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: ſi dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.

8 Soror noſtra parua, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?

9 Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.

10 Ego murus: & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.

11 Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

12 Vinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius.

13 Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.

14 Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatum.

CAPVT



CAPVT VIII.

QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM SVGENTEM VBERA MATRIS MEÆ, VT INVENIAM TE FORIS, ET DEOSCVLER TE, ET IAM ME NEMO DESPICIAT ?



EHEMENTI & ardentiſſimo A
deſiderio, magno cordis aſfectu, & ſpiritus feruore Synagoga ad Deum conuerſa, ſic Sponſum Ieſum alloqui proſequitur : QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM &c. Principium fi-
Exod.12.9. ni coniungens, caput pedibus : CAPVT CVM PEDIBVS B
EIVS, hoc extremo in capite Spiritus ſanctus, vt in Epilogo, quidquid hactenus dixerat reſtringit : Pro-
Dan. 7. 24. 9. 27. 11. 1. 11. 31. 12. 11. pheticis innuens verbis maximam perſequutionem, quæ extremis illis temporibus Eccleſię imminebit, & præſertim in ſeptimo Danielis Prophetæ capite, ſignatam, & alibi ; ac ab Euangeliſta Mattheo,
Matth. 24. 21. hiſce verbis : ERIT TVNC TRIBVLATIO MAGNA, QVALIS AB INITIO MVNDI NON FVIT VSQVE MODO, NEQVE FIET : ET NISI BREVIATI FVISSENT DIES ILLI, NON FIL-

A FIERET SALVA OMNIS CARO ; & in Apocalypsi pluribus locis ; talis erit, vt atrociores perpessæ persequutiones ab Ecclesia vsque ad id temporis respectu illius, desiderandæ potius, quam pertimescendę forent : Ecclesiam tamen Dominus sua de assistentia Diuinaque protectione certam reddit, vt distinctius verba ponderando videbimus. Apoc. 11. 2. cap. 12. 6. 7. cap. 13. 16. cap. 17. 12. 2. ad Thimot. cap. 3.

B QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM SVGENTEM VBERA MATRIS MEÆ, VT INVENIAM TE FORIS, ET DEOSCVLER TE? Sacrum Canticæ Poëma illibata Sponsa incepit (hoc est Verbi Incarnationem) exposcere sub osculi nomine, desiderans, vt tenella, a cęlesti Sponso puellula deosculari ; OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI, QVIA MELIORA SVNT VBERA

C TVA VINO ; Nunc vero temporis meritis adulta extremo hoc in capite ipsamet cęlestem Sponsum vt charissimum fratrem, & tenerum infantem deosculari anhelat, vt de accepto osculo rependat, & pro Incarnationis beneficio par pari referat ; QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM SVGENTEM VBERA MATRIS MEÆ &c. Christus Dominus frater noster est, non per naturam Diuinam ; sed

D per gratiam Incarnationis; Noua igitur Sponsa (nempe Synagoga) illum nominat fratrem per Humanitatem, vti Beatæ Virginis filium, & hoc triplici de causa : Prima ratione assumptæ carnis, vt de Ioseph in Genesi legitur : CARO NOSTRA, ET FRATER NOSTER EST. Secunda, ratione actionis, & religionis : QVICVNQVE FECERIT VOLVNTATEM PATRIS MEI, QVI IN COELIS EST, IPSE MEVS FRATER &c. Tertia ratione charitatis, & communis hęreditatis ; VT SIT IPSE PRIMOGENITVS IN MVLTIS FRATRIBVS. Si Iesus Gen. 37. 37. Matth. 12. 50. Rom. 8. 29.

Christus

Christus frater noster est media Virgine: igitur Beata Virgo nostra mater erit, & hunc in modum Synagoga ad Deum conuersa Christum Iesum verum Deum, & verum hominem esse fatetur: PERFECTVS DEVS, PERFECTVS HOMO, EX ANIMA RATIONALI, ET HVMANA CARNE SVBSISTENS: ÆQVALIS PATRI SECVNDVM DIVINITATEM, MINOR PATRE SECVNDVM HVMANITATEM; Ideoque dicit, VT INVENIAM TE FORIS, hoc est, extra Patris sinum; Quia in sinu Patris te deosculari mihi non permittitur: In Patris sinu iuxta Diui Bernardi opinionem, intus nuncupatur; de ipso enim dicitur: IN PRINCIPIO ERAT VERBVM, ET VERBVM ERAT APVD DEVM, ET DEVS ERAT VERBVM: In Matris vero sinu, foris dicitur: ET VERBVM CARO FACTVM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Dicit ergo ad Deum Synagoga conuersa: QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM SVGENTEM VBERA MATRIS MEÆ &c. Vehementem ostendit affectum erga cęlestē Sponsū; FELICIA PRORSVS OSCVLA LABIIS IMPRESSA LACTENTIS, inquit Bernardus ser. 1. de Assump. B. Virg. Hęc optatiua verba important, secundum Diui Anselmi sententiam; o vtinam, & cur felici illi tempori natiuitatis, & infantiæ Iesu non adfui ego? pro eo vt illum odio habuissem, & persequuta fuissem, vt mei Progenitores, tenerè dilexissem, ardenter amassem, strictéque in sanctissime Virginis eius, & meę Genitricis, vtero amplexata fuissem; Cur nunc te mihi stringere, manibus pertractare, & amplexari non datur, vt Simeoni? Non in magnificum Regium Palatium: non in excelsam domum; sed te propriam in domum in qua nata sum deferrem; quia te a præsepijs non abhorrere optime scio; vel vt melius dicam in Ecclesiam,

Ex Symb. S. Athan.

Ber. serm. 42 in Cant.

Ioann. 1. 1.

Ioann. 1. 14.

B C D

A Ecclesiam, quæ mea extat cara parens; ET IAM ME NEMO DESPICIAT, vt nunc temporis: IN QVO FACTI SVMVS OPPROBRIVM VICINIS NOSTRIS; SVBSANNATIO, ET ILLVSIO, HIS QVI IN CIRCVITV NOSTRO SVNT. Et hoc iure merito, quia te dudum spreui: sequitur cœlesti desiderio, & diuino amore. Psam. 48 4.

APPREHENDAM TE, ET DVCAM IN DOMVM MATRIS MEÆ: IBI ME DOCEBIS, ET
B DABO TIBI POCVLVM EX VINO CONDITO, ET MVSTVM MALORVM GRANATORVM MEORVM. APPREHENDAM TE, quasi vna ex septem mulieribus, de quibus Isaias: APPREHENDENT SEPTEM MVLIERES VIRVM VNVM, DICENTES: AVFER OPPROBRIVM NOSTRVM. APPREHENDAM TE, quia tu dignatus es apprehendere carnem meam: NVSQVAM ANGELOS APPREHENDIT; SED SEMEN Isa. 4. 1.
C ABRAHAE APPREHENDIT. APPREHENDAM TE nunc fide, spe, & charitate, firmo, cordiali, & inseparabili amplexu, vt nunquam te amplius dimittam, quia hoc mihi permissum non fuit facere in tua natiuitate: sed cum te apprehendere nequeam in propria persona, tuam apprehendam imaginem; ET DVCAM IN DOMVM MATRIS MEÆ, in Ecclesiam scilicet, in qua spiritualiter nata sum: Heb. 2. 16.
D Hęc domus matris meæ est; Nam domus Patris mei Cœlum est: IN DOMO PATRIS MEI MANSIONES MVLTAE SVNT; Ecclesia vero domus est matris nostræ, inquit Theodoretus. Quatuor matres præcipue Sacra nobis proponit Scriptura; Prima Eua; Secunda, militans Ecclesia; Tertia Beata Virgo; Quarta, Ecclesia triumphans. Prima est mater naturę; nam nomen ipsum Euæ matrem omnium viuentium importat; Secunda gratiæ; in Ecclesia enim gra- Io. 14. 2.

tiam recipimus baptismalem, & quasi denuo na- A
scimur; NISI QVIS RENATVS FVERIT EX AQVA,
Ioan 3.5. ET SPIRITV SANCTO, NON POTEST INTROIRE IN REGNVM DEI; Tertia, misericordiæ: SALVE REGINA MATER MISERICORDIAE; Quarta, glo-
Galat.4.26. riæ: ILLA AVTEM, QVAE SVRSVM EST HIERVSALEM LIBERA EST, QVAE EST MATER NOSTRA: Propheta hanc vocat MATREM FILIORVM LAETANTEM: quia
Psal.112.9. in domo huius dilectæ matris omnes lętantur filij: B
Psal. 86. 2. SICVT LAETANTIVM OMNIVM NOSTRVM HABITATIO EST IN TE; In hoc tamen loco de secunda matre, militanti scilicet Ecclesia intelligitur.

IBI ME DOCEBIS (Quid credere, & quid agere debeam) Nam Ecclesia, dogmatum fidei mater est; In ipsa enim est fides vera, & sana doctrina. IBI ME DOCEBIS, tu qui Præceptorum Præceptor es; IN QVO SVNT OMNES THESAVRI SAPIEN- C
Coloss. 1.2. TIAE, ET SCIENTIAE DEI ABSCONDITI; docebis inquam, me ipsam corrigere, & perpetratorum veniam scelerum expostulare; & ego apprehendam disciplinam tuam, & salutaria monita tua complebo, ET DABO TIBI POCVLVM (lacrymarum mearum) EX VINO CONDITO (amore scilicet tuo & dolore meorum peccatorum) cum vera contritione, & copiosa lacrymatione, quæ conditum est D
Psal.59. 5. vinum, iuxta Prophetæ dictum: POTASTI NOS VINO COMPVNCTIONIS. ET MVSTVM MALORVM GRANATORVM MEORVM, cordiale scilicet desiderium, totum meum effundendi sanguinem pro amore tuo, & dilectione Proximi mei: hoc mustum coro-
Matth. 22. 40. natorum fructuum substantia est: IN HIS DVOBVS MANDATIS VNIVERSA LEX PENDET, ET PROPHETAE. Nunc vero quia nulla alia mihi datur occasio moriendi

A riendi, (vt summopere exopto) pro te, corde magis, quam ore Apostoli verba profero: QVIS NOS SEPARABIT A CHARITATE CHRISTI? TRIBVLATIO? AN ANGVSTIA? AN PERICVLVM? AN PERSEQVVTIO? AN GLADIVS? CERTVS SVM ENIM, QVIA NEQVE MORS, NEQVE VITA, NEQVE ANGELI, NEQVE PRINCIPATVS, NEQVE VIRTVTES, NEQVE INSTANTIA, NEQVE FVTVRA, NEQVE FORTITVDO, NEQVE ALTITVDO, NEQVE PROFVNDVM, NEQVE ALIA CREATVRA POTERIT NOS SEPARARE A CHARITATE DEI, QVAE EST IN CHRISTO IESV DOMINO NOSTRO. Tantoque cordis affectu, & Spiritus feruore immaculata Sponsa haec protulit verba, vt statim pene sensibus deficeret, & in mentis excessu fuerit subleuata. Amoris hic actus, adeo placuit Domino, & cor illius penetrauit, vt mox festinus occurrerit sinistram supponens manum sub dilectae Sponsae caput, illam sustentaturus, ne caderet; extendens dexteram amplexurus, vt eam animaret, internam subministrando opem, ne penitus deficeret: Tunc Sponsa gratias agendo immortales eius benignitati, dixit: Rom. 8. 35.

B

C

LAEVA EIVS SVB CAPITE MEO, ET DEXTERA ILLIVS AMPLEXABITVR ME. Lęua Dei, significat iustitiam; Dextera misericordiam; Lęua praesentis vitę mala, vnde Iob: MANVS DOMINI TETIGIT ME: Dextera aeternae vitae bona; LONGITVDO DIERVM IN DEXTERA EIVS: Laeua ad sustentationem; Dextera ad protectionem; Lęua in praesenti vita supponitur Iusto, ne cadat, lapso vt erigat; sic Propheta; CVM CECIDERIT NON COLLIDETVR: QVIA DOMINVS SVPPONIT MANVM SVAM. In pręsenti vita laeua sub capite, & dextera in ęterna vita super caput: POSVISTI IN CAPITE EIVS CORONAM

D Iob. 19. 21. Prou. 3. 16. Psal. 36. 24. Psal. 20. 4.

NAM DE LAPIDE PRETIOSO: Vno verbo læua præsentem, dextera æternam designat vitam, iuxta Sanctorum Patrum expositionem. Ideo notate, Sponsam de dextera loquentem non dixisse amplexata est me; sed AMPLEXABITVR ME, suo scilicet tempore, æternam imparticurus gloriam. Hisce mysticis verbis confitetur noua dilecta Sponsa se constanter credere nunquam à suo destituendam Sponso, nec in præsenti, nec in futura vita. Diuinus Sponsus amoris vicissitudine correspondens fidei, & spei eius dilectæ, subiungit: ADIVRO VOS FILIÆ HIERVSALEM, NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM DONEC IPSA VELIT; declarans factis, & verbis se illius fore semper fidelem defensorem, & strenuum propugnatorem, etiam ministerio Angelorum, non tantum bonorum; sed etiam malorum (obseruate præceptum, prohibitionem, & exorcismum, quem facit Dæmonibus:) ADIVRO VOS FILIÆ HIERVSALEM NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM, DONEC IPSA VELIT: Vocat Dæmones non filios; sed filias Hierusalem; Quia Dæmones in Cœlo creati sunt (excludendi tamen, vt filiæ à domo paterna) NE SVSCITETIS, vos ipsos, NEQVE EVIGILARE FACIATIS, per alios, DILECTAM meam Sponsam, sine suamet propria voluntate: DONEC IPSA VELIT; Et tanta illam ditauit gratia, spiritualibus delicijs, & cælestibus virtutibus, & diuitijs; vt ipsimet Angeli boni admirati dixerint.

QVÆ EST ISTA QVÆ ASCENDIT DE DESERTO (persecutionum, & miseriarum) DELICIIS AFFLVENS ENIXA SVPER DILECTVM SVVM? Hæc omnia de Synagoga nuper conuersa optimè intelligi

A telligi possunt, vt in incepto sistamus ordine. Quod si Ecclesiæ hęc verba tribuere volumus, possumus equidem, comparando secundum Sponsi aduentum cum primo: Nam tribulatio, & persequutio Catholicæ Ecclesiæ illius extremi temporis talis erit (vt clarè scribit Matthæus) QVALIS AB INITIO MVNDI NON FVIT, NEQVE FIET &c. Ecclesia igitur plorans suam futuram præuisam miseriam, seu præsentem, exop- Matt.24.21.
B tando atrociores perpessas persequutiones nascentis Ecclesiæ, prorumpit in hæc optatiua verba: QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM SVGENTEM VBERA MATRIS MEÆ &c. quasi dicat: si Tyrannorum persequutionibus ab ortu tuo, vsque ad Constantini Magni aduentum, interfuissem, ipsa quoque libenti animo tuum ob amorem diros cruciatus subijssem, ac mortem, & sic te aliquo mo-
C do compensassem, qui per Humanitatem factus es meus frater, nec te Romæ (idola adorantis) inueniens, foris, & extra vrbem quęsiuissem, vt idem Constantinus Pontificem Syluestrum, inuentum IN DOMVM MATRIS MEÆ (hoc est Romæ) honoribus, & obsequijs introduxissem, & tu ibi me docuisses (quia Roma dogmatum fidei mater est) quid credere, & agere deberem (præcepta scilicet Euan-
D gelica) & ego tibi omnium sitienti salutem, pro gratiarum actione Missę sacrificium (quod est poculum ex vino condito) in memoriam scilicet tuæ immensæ charitatis, & pœnosissimæ passionis institutum, obtulissem; & simul MVSTVM MALORVM GRANATORVM MEORVM (hoc est, ardens, summum, & maximum, quod habeo desiderium, moriendi pro tua sancta fide, & pro salute animarum) & hoc est mustum malorum granatorum meorum, quod

ægra

ægra confortat viscera mea: Nam cum tali intentione viuo, & cum tali intentione finali diem claudere extremum summopere exopto. A

Si tandem cum Nazianzeno, Ruperto, & Aponio hæc optatiua, & prophetica verba; QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM &c. vniuersali, & particulari Ecclesię applicare volumus, suspirãti Missæ sacrificium, propter Antichristi persequutiones, interdictum, seu fore interdicendum, iuxta Prophe- B
Dan. 9. 27. tias præsertim à Daniele pluribus in locis factas, vt
11 31. 12. 11. in cap. 9. num. 27. ET IN DIMIDIO HEBDOMADIS DEFICIET HOSTIA, ET SACRIFICIVM, & in cap. 11. num. 31. ET AVFERET IVGE SACRIFICIVM, idem replicat, & confirmat in cap. 12. nu. 11. Cum igitur Ecclesia Missæ sacrificio sit caritura, illud hisce verbis desiderat, & suspirat, & plorat: QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM SVGENTEM VBERA C
MATRIS MEÆ, VT INVENIAM TE FORIS, ET DEOSCVLER TE? Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum à Nazianzeno, extensio diuinæ Incarnationis appellatur: Christus Iesus media incarnatione, & Humanitate, nostrum se reddidit fratrem, vt supra probauimus. Quod si hæc Canticæ verba. QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM &c. bene procedunt, & Christi Incarnationi, & natiuita- D
ti conueniunt: Cum Sanctissima Eucharistia sit extensio diuinæ Incarnationis, in qua Persona Diuina humanæ vnita est naturæ; in hoc autem mirabili Sacramento Persona humana diuinæ vnitur Personæ:
Ioan. 6. 57. QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SANGVINEM, IN ME MANET, ET EGO IN ILLO. Notate, quod non dicit, in carne mea, sed IN ME. In Incarnatione duæ sunt naturæ, & vna tantum persona:

DEVS,

A DEVS, ET HOMO VNVS EST CHRISTVS: In hoc autem ineffabili Sacramento fideles per Corporis Christi susceptionem non solum consensu, & charitate; sed re ipsa vnum fiunt cum Christo, iuxta precem ab ipsomet Domino æterno Patri factam: VT OMNES VNVM SINT, SICVT TV PATER IN ME, ET EGO IN TE, VT ET IPSI IN NOBIS VNVM SINT; ita exponunt hæc verba Hilar. Ioan. Chrysostomus, & Cyrillus Alexandrinus: B bene ergo se habebunt, & ad rem sequentia: VT INVENIAM TE FORIS; Christus enim in Eucharistico pane inuenitur foris, extra communem scilicet vsum; communis namque vsus est terræ mortuum panem comedere, hic vero viuus est, Cæli panis: EGO SVM PANIS VIVVS, QVI DE COELO DESCENDI. In incarnatione Diuinum Verbum humanæ se se naturæ coniunxit, sancti Spiritus opera: CONCEPTVS EST DE C SPIRITV SANCTO, & de Beata Virgine infans natus, sugens vbera matris suę, & nostrę, Virginis videlicet, ideoque frater noster: in Sanctissimę Eucharistiæ Sacramento, non humana natura; sed quilibet Christi fidelis adultus Sacerdotalibus medijs verbis: (HOC EST CORPVS MEVM) ipsum realiter, & sacramentaliter, sub exiguis accidentium speciebus contentum, non solum videndi per fidem, vt fratrem nostrum D paruulum, nostra carne indutum, quomodo iamdiu Dei Genitrix Virgo Maria dedit nobis, vt loquitur Nazianzenus; verum etiam, vt animæ cibum in semet recipiendi dignus à Domino efficitur. Si Christus ipse cibus est (arguentem audio) ille ergo est, qui lac præbet, non vero recipit, vt verba: SVGENTEM VBERA, &c. significant, huic certè ratio est attribuenda. Animaduerto insuper, in 4. & 7. Canticæ capitibus, sanctum Spiritum Sponsæ mammas hœdis.

Ioan. 17. 21.

Hilar. lib. 8. de Trin. Io: Chryso. hó. 83. & ad Populum Antiochenum hom. 6. Cyrill. Alexandr. lib. 4 in Ioan. 17.

Ioan. 6. 41.

hœdis lac ſumentibus, non vero elargientibus aſsimilare: DVO VBERA TVA SICVT DVO HINNVLI CAPREÆ GEMELLI, QVI PASCVNTVR IN LILIIS; quæ Chriſtum demonſtrant: LILIVM CONVALLIVM. Idem in ſeptimo replicat. A

Naz. Orat. in S. Bapt. Reſpondet Nazianzenus, Deum bonitatis culmen exuperare, & in nos beneficia erogare oblectari, adeo vt cum nobis elargitur, ipſe ſibi recipere videatur: DARE DEO (inquit Sanctus) ACCIPERE EST; bene ergo procedit SVGENTEM VBERA cum Euchariſtico Sacramento. ET DEOSCVLER TE. Oſculum ore perficitur, recipitur, & pręgrandis extat amoris ſignum; ſic Sanctiſsimum Euchariſtię Sacramentum ore completur, Sacerdotalibus ſcilicet verbis: HOC EST CORPVS MEVM; Ore recipitur, & prægrandis extat amoris ſignum: amoris enim exceſſu fuit inſtitutum: CVM DILEXISSET SVOS, IN FINEM DILEXIT EOS: Oſculo duo vniuntur ſimul: Euchariſtico in Sacramento anima vnitur Deo; non ſolum per gratiam, ſed maiori, & recondita vnione, adeo vt dixerit Chriſtus Ieſus: QVI MANDVCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEVM SANGVINEM, IN ME MANET, ET EGO IN ILLO. B C

Ioan. 13. 1.

Ioan. 6. 57.

ET IAM ME NEMO DESPICIAT. Tunc etenim cũ Miſſæ ſacrificiũ erit interdictũ, Antichriſti Sectatores aſsiduè Chriſti fidelibus illudent, illoſque irridentes dicent: VBI EST DEVS TVVS?, at illi illacrymantes propter Domini Sacramentalem abſentiam, fluminum inſtar lacrymas emittent, prophetam imitantes dicentem: FVERVNT MIHI LACRYMAE MEAE PANES DIE, AC NOCTE, DVM DICITVR MIHI QVOTIDIE: VBI EST DEVS TVVS? fideles tamen conſtantes Dominum exorabunt, vt ſaltem ante mortem ſibi illum accipere liceat, & permittatur. D

Pſal. 41. 4.

APPRE-

A APPREHENDAM TE (subintelligitur, vtinam, viatici ad instar) ET DVCAM IN DOMVM MATRIS MEÆ, hoc est in Terram, & sepulchrum, vt exponit Carpathius; IBI ME DOCEBIS (vbi scilicet me extare continget in illis extremis, & pessimis temporibus: DOCEBIS ME (inquam) quid agere debeã, nam Dominus mortis tempore pręcipue transactos vitæ errores, mundi vanitatẽ, & rerũ verita
B tẽ oculis repręsentat nostris; ET DABO TIBI (meã sitienti salutem) POCVLVM (lacrymarum mearum) EX VINO CONDITO (amoris tui, & doloris mei) ET MVSTVM MALORVM GRANATORVM MEORVM, agonẽ scilicet meũ, & postremos mortis amaræ cruciatus, dulces simul, asperos & salutiferos OFFERAM TIBI. Mortis angustias, calicem, & potum nominat, quia Christus Dominus
C tali suam passionem, & cædem titulo decorauit: CALICEM, QVEM DEDIT MIHI PATER, NON BIBAM ILLVM? EX VINO CONDITO, non felle, & aceto; sed contritionis lacrymis, quæ cordis sanguis sunt, & conditũ vinũ, vt supra diximus, a Propheta sic nominatum; POTASTI NOS VINO COMPVNCTIONIS; meos igitur, cum tuæ passionis meritis extremos mortis dolores, fortiter acceptos, ardentes simul cor-
D dis mei affectus, & desideria offeram tibi, quæ fructus coronati sunt; me tamen omnino tuæ Diuinæ voluntati remitto, confidens, quod præsentium, & futurorum bonorum prębebis auxilium. LÆVA EIVS SVB CAPITE MEO, ET DEXTERA ILLIVS AMPLEXABITVR ME. Sponsus videns fidem, spem, & charitatem Sponsæ ait: ADIVRO VOS FILIÆ HIERVSALEM &c. & tanta illam ditauit gratia, vt ipsimet Angeli obstupescerent:

Ioan. 18. 11.
Psalm. 59. 5

QVÆ EST ISTA, QVÆ ASCENDIT DE DESERTO DELICIIS AFFLVENS, INNIXA SVPER DILECTVM SVVM? quodnam est hoc desertum, in quo plurimæ versantur feræ, & innumerabiles bestiæ? tellus plane, & status miserabilis morientium; audite Prophetam illam hoc nomine vocantem: IN TERRA DESERTA, INVIA, ET INAQVOSA; DELICIIS AFFLVENS; Tria sunt genera delitiarum, aliæ corporales, aliæ spirituales, aliæ cœlestes: INNIXA SVPER DILECTVM SVVM? Fiduciam habens non in se; sed in Dei misericordia, & meritis Christi tantum: bis hæc in Cantica perleguntur verba; Primo loco dicitur: QVÆ EST ISTA, QVÆ ASCENDIT PER DESERTVM; & hic: QVÆ EST ISTA, QVÆ ASCENDIT DE DESERTO? Primo loco Sponsa adhuc peregrina erat, & vagabatur per desertum huius mundi; nunc vero de Terræ mundique deserto egreditur, proxima transferenda in Cœlum; SPECIALI AVXILIO SPONSI, inquit Bernardus, & in Cœlum ascendit, non proprijs tantum meritis ditata & onusta; verum etiam & Sponsi, Christi scilicet: INNIXA SVPER DILECTVM SVVM, sine quo non solum ad superiora ascendere; sed nec resurgere valet sine suo cœlesti Sponso; qui summopere in fidei, spei & amoris actibus oblectatur, quos in Deum illo extremo tempore fidelis anima emittit. Sanctus Bernardus hęc ad Sanctissimæ Virginis in Cœlũ assumptionem verba refert, exclamando: QVID MIRANTVR DE TERRA DESERTA MARIAM ASCENDERE DELICIIS AFFLVENTEM? MIRENTVR POTIVS PAVPEREM CHRISTVM DE COELESTI REGNI PLENITVDINE DESCENDENTEM; LONGE ENIM AMPLIORI MIRACVLO DIGNVM

Psalm. 62. 3

Bern. Serm. primo de Assump. B. Vir.

A B C D

A AGNVM VIDETVR, DEI FILIVM, PAVLO MINVS AB ANGELIS MINORARI, QVAM DEI MATREM SVPER ANGELOS EXALTARI. Sed vt in incepto sistamus ordine: QVÆ EST ISTA, QVÆ ASCENDIT &c. Obseruate quomodo miranda principia Ecclesiæ conueniant cum suomet fine, vt principium fini nectamus. Exordia Ecclesiæ non fuerunt a Principibus, non a diuitibus, non a Sapientibus: sed e contra

B a Pauperibus ignobilibus, abiectis, & ab omnibus contemptis Piscatoribus ortū recognoscit. Quid de illa Paulus dicat audite: NOS STVLTI PROPTER CHRISTVM, NOS INFIRMI, NOS IGNOBILES. QVAE STVLTA SVNT MVNDI ELEGIT DEVS, VT CONFVNDAT FORTIA: ET IGNOBILIA MVNDI, ET CONTEMPTIBILIA ELEGIT DEVS, VT SVBLIMITAS SIT VIRTVTIS DEI, ET NON EX NOBIS: VT NON GLORIETVR IN CONSPECTV EIVS Prim. Cor. 4. 10. 1. 27. Secunda Cor. 4. 7.

C OMNIS CARO. Hac de causa Sponsam virgulæ fumi assimilat: SICVT VIRGVLA FVMI, tenuis, & exigua: quid fumo abiectius? SICVT DEFICIT FVMVS &c. Suos Ecclesia prosequuta est, & prosequitur media mortificatione, & humilitate, progressus: licet ingratus mundo fumus oculos ad lacrymas cogat, gratissimum tamen simul, & in Cœlum ascendentem odorem præfert: sed quoniam in ascensu Psal. 63. 3.

D facile regnat superbia, Sponsus ideo abiectum Sponsę ortum commemorat, & originem, ne superbiat.

SVB ARBORE MALO SVSCITAVI TE: IBI CORRVPTA EST MATER TVA, IBI VIOLATA EST GENITRIX TVA. Arbor æquiuocum nomen est; nam arbor quædam bona, & quędam mala: NON POTEST ARBOR BONA MALOS FRVCTVS FACERE, NEQVE ARBOR MALA BONOS FRVCTVS Matt. 7. 18.

 FACERE:

FACERE: nunc ad distinctionem dicitur : SVB ARBORE MALO &c. Multi Expositores pro arbore malo arborem scientiæ boni, & mali intelligunt; vt Cassiodorus, Beda, Iustinus, & Anselmus: Alij cum Gregorio, Theodoreto, Ruperto, & Lirano per arborem malam, Crucem Sanctam intelligunt, quæ malum illud sustinuit, de quo Sponsa in superioribus dixit; SICVT MALVS INTER LIGNA SYLVARVM, SIC DILECTVS MEVS INTER FILIOS. Ipse tamen vtramque iungerem sententiam: Nam Christus, qui est sponsus, loquitur simul cum Ecclesia ex Gentibus, & cum Synagoga nuper ad fidem conuersa, & Spiritus sanctus eius nomine hęc profert verba; SVB ARBORE MALO, &c. pro toto Genere humano verificatur propositio, SVB ARBORE MALO SVSCITAVI TE &c. nam sub arbore scientię boni, & mali totum Genus Humanum per peccatum originale mortuum fuit, & ibi corrupta est Eua mater nostra in corpore, propter pœnam eiusdem peccati; PVLVIS ES, ET IN PVLVEREM REVERTERIS: & ibi violata est in anima propter culpam & inobedientiam in esu pomi; MORTE MORIERIS: & simul ibi cum vniuerso Genere Humano suscitata est, ex Dei misericordia; IPSE LIGNVM TVNC NOTAVIT, DAMNA LIGNI VT SOLVERET: obseruate, TVNC. Similiter sub arbore crucis corrupta est, & violata Synagoga per peccatum mortis Iesu Christi, dixit enim: SANGVIS EIVS SVPER NOS, ET SVPER FILIOS NOSTROS; Ergo corrupta est in se, & violata vt mater cũ filijs suis, & Christus eam ibi suscitauit oratione, quam pro ea fecit ad suum ęternum Patrem: PATER DIMITTE ILLIS, NON ENIM SCIVNT QVID FACIVNT; & hodie Ecclesia pro omnibus orat:

Marginal notes: A; B; C; Gen. 3. 19.; In hymno Dom. Pass.; D; Matt. 27.1.; Luc. 27.34.

PER

A PER CRUCEM, ET PASSSIONEM TUAM, LIBERA NOS DOMINE; Ergo in vtroque ſenſu vera eſt propoſitio: SVB ARBORE MALO SVSCITAVI TE &c.

Sanctus Auguſtinus dubium excitat dicens: Vel Terreſtris Paradiſi arbor vetita bona erat, vel mala: Si bona, cur vetuit? Si autem mala, cur creauit? Quæſito idem ſatisfacit, & dubio reſpondet; arborem dicens in ſe bonam eſſe, malam vero propter abu-
B ſum. Natura ad operandum manus procreauit, & pedes ad ambulandum: ſi quis manibus incedere vellet, & pedibus operari, nec graderetur, nec bene operaretur, non per manus, ſeu pedum malitiam; ſed per illorum tantummodò abuſum. Bona & mala vniuerſa à Deo procedunt: BONA ET MALA, VITA ET MORS, PAVPERTAS ET HONESTAS A DEO SVNT, ait Eccleſ. Bonum in æternitate ſeruauit; præſentis vitæ Eccl. 11. 14.
C malum, quod non niſi nominis extat: Dæmon doli, & mendacij pater, Adæ prius bonum, malum poſtea propoſuit; ERITIS SICVT DII SCIENTES BONVM, ET MALVM: Bonum quidem Dei offenſionem dixit, quæ verum eſt malum; pœnam vero, quam Diuina maieſtas Adæ propter peccatum inflixit, malum nominauit, quæ verè bonum eſt: En nominum, factorumque abuſus. Dei filius de induſtria Terrarum in Or-
D bem aduenit, hunc correpturus errorem: Iſaiam Prophetam audire libeat: ECCE VIRGO CONCIPIET, ET PARIET FILIVM, ET VOCABITVR NOMEN EIVS EMMANVEL: BVTIRVM, ET MEL COMEDET, VT SCIAT REPROBARE MALVM, ET ELIGERE BONVM: De Virgine clarè exoriturum ſpondet: ECCE VIRGO CONCIPIET, ET PARIET FILIVM; myſticè quoque idem dicit: BVTIRVM, ET MEL COMEDET. Butirum lactis eſt quinta eſſentia; lac non niſi matribus datur: innuit ergo ſingula- Iſa. 7. 13.

ri de

ri de matre fore nasciturum: Mel, apum fructus est, A quæ iuxta D. Ambrosij sententiam, virginitatem repræsentat, vt supra probatum fuit; affirmat ergo eius Genitricem virginem fore, & matrem simul, Matrem, & virginem: BVTIRVM, ET MEL COMEDET: Insinuat insuper in infantia non fato cessurum; sed in virilitate, & in triginta trium annorum ętate, quando vir iudicio pollet magis, & viget: VT SCIAT REPROBARE MALVM, ET ELIGERE BONVM: REPROBARE B MALVM, quod Dæmon, vt bonum dixerat, culpam scilicet; ET ELIGERE BONVM, quod malum nuncuparat, pœnam videlicet: Christus in Cruce pendens malum reprobauit; culpam, quæ malum est, noluit, & elegit bonum; pœnam, hoc est Crucem selegit. Crux ergo iuremeritò arboris scientiæ boni, & mali nomine potest appellari: Dæmonis, illiusque filiorum, bonum malum nuncupare, & malum bonum, proprium est; gustum videlicet C
Isa. 5. 20. sceleris bonum, & eiusdem pœnam, quæ bonum est, malum prædicare: VAE QVI DICITIS MALVM BONVM, ET BONVM MALVM. Tribulationes, afflictiones, calamitates, & cruciatus, quæ mala videntur, bona tamen sunt, & vtilia: VEXATIO DAT INTELLECTVM; Mundi nobis vanitates detegunt, humiles reddunt, debita soluere, & satisfacere peragunt, & D multa merita adipisci. E contra deliciæ, voluptates, vt bona reputatæ, damnis plenæ sunt, & periculis;
Psal. 72. 7. omnium scelerum sunt transitus, & calles: TRANSIIT QVASI EX ADIPE INIQVITAS EORVM. Crucis fructus, quæ Christi est passio, non ne nostra fuit salus? PER QVAM SALVATI, ET LIBERATI SVMVS. Cælestis igitur Sponsus aperiens incarnationis suæ occasionem, & per quā malis nostris medicina allata est, vtitur verbo, SVSCITAVI,

A TAVI, propter duo, vt cognoſcamus caſum noſtrum per peccatum originale, quo tunc omnes mortui ſumus (OMNES IN ADAM PECCAVERVNT: ET, PER PECCATVM MORS, & remedium adhibitum ex mera Dei miſericordia: beneficium ſcilicet redemptionis, & charitatem Sponſi; Chriſtus enim nos ſuſcitauit à morte corporali, & ſpirituali, moriens ipſe pro nobis, imitans Rachelem, quę in partu Beniamin eſt Prim. Cor. 15. 25.
B mortua: SVB ARBORE MALO SVSCITAVI TE. Noſce igitur tuam propriam miſeriam, cogita quomodo ibi violatam; habes ergo vnde te humilies, cum prius ſis damnata, quam nata; habes etiam vnde in mei amorem conſurgas, quia ſuſcitaui te; habes tandem vnde confidas in neceſſitatibus tuis, & me in extremo vitæ tuæ non defuturum, nunc enim non minori erga te amore afficior, quam cum te, ex fœdiſſi-
C mis peccati ſordibus erexi, & ſubleuaui; SI ENIM CVM INIMICI ESSEMVS, RECONCILIATI SVMVS DEO PER MORTEM FILII EIVS; MVLTO MAGIS RECONCILIATI SALVI ERIMVS IN VITA IPSIVS. Cum ergo mea per creationis titulum, & redemptionis ſis; Rom. 5. 10.

PONE ME VT SIGNACVLVM SVPER COR TVVM, VT SIGNACVLVM SVPER BRACHIVM TVVM: QVIA FORTIS EST VT MORS DI-
D LECTIO, DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO; Conſilium dat Sponſæ, & viam retinendi, & conſeruandi humilitatem, & charitatem oſtendit Sponſę. PONE ME, VT SIGNACVLVM SVPER COR TVVM, per internum amorem: VT SIGNACVLVM SVPER BRACHIVM TVVM, per externam operationem: vt mea ſis intus & extra, anima, & corpore, quia ego pro te, & ſalute tua animam, & corpus meum dedi. De anima legitur:

TRA-

Isa. 53. 11 TRADIDIT IN MORTEM ANIMAM SVAM; & de corpore; A
Isa. 50. 6. CORPVS MEVM DEDI PERCVTIENTIBVS, ET GENAS MEAS VELLENTIBVS; & in se ipso comprobauit, dilectionem morte fortiorem esse. Animam ergo, & corpus mihi debes, & cum opus fuerit pro me mori, & vltro mortem subire, tibi non est reformidandum, quia pro te extremum diem claudere non expaui; Amoremque morte fortiorem esse in me ipso comprobaui. Theodoretus legit; FORTIOR EST MORTE DILECTIO; B
Ex ẽpo patebit: Dimicantes, mulier inspectabit; illicò pallescit, timet, vox faucibus hæret, quia denudatos enses nequit inspicere; quod si medium inter gladios filium viderit, haud fugientem cernes, & mutam; sed alta voce exclamantem audies: Eia fili; præcepsque inter gladios accurrit, & quę prius alienam mortem pertimescebat, nunc suam non reformidat: Ita planè, quia dilectio mortem superat. At Di- C
uinus amor, naturali maior est; verissima ergo est propositio: FORTIOR EST MORTE DILECTIO. Tales tamen, ac tantę illius temporis persequutiones, tribulationes, & angustiæ erunt, vt non corporis tantum salutem; verum etiam, & animæ sint in dubium reuocaturæ. Ideoque nunc, & tunc temporis dilectam suam Sponsam animaturus, & sua de protectione certam redditurus, hortatur illam: PONE ME D
VT SIGNACVLVM SVPER COR TVVM, VT SIGNACVLVM SVPER BRACHIVM TVVM, QVIA FORTIS EST VT MORS DILECTIO. Amoris cor sedes est, operis brachium; Cum ergo tuũ, meo amore cor signatum, & operationes agnosces; persequutionibus non solum, verum etiam morti illudas, & atrocibus tormentis, licet inferni, quia amor meus morte fortior, & inferno durior est. PONE ME VT

SIGNA-

A SIGNACVLVM SVPER COR TVVM, VT SIGNACVLVM SVPER BRACHIVM TVVM, QVIA FORTIS EST VT MORS DILECTIO; DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO &c. Perfectus amor erga Deum quatuor habet qualitates singulares. Prima qualitas est insuperabilis; Secunda est incomparabilis; Tertia est inseparabilis; Quarta insatiabilis: In Prima qualitate notatur amoris for-
B titudo; in Secunda excellentia; in Tertia libera adhæsio Diuinę voluntati; in Quarta indeficientia. Prima qualitas amoris Dei est bona; Secunda melior; Tertia optima; Quarta summę perfectionis. En prima qualitas amoris insuperabilis: AQVÆ MVLTÆ NON POTVERVNT EXTINGVERE CHARITATEM, NEC FLVMINA OBRVENT ILLAM: en Secunda amoris incomparabilis: SI DEDERIT
C HOMO OMNEM SVBSTANTIAM DOMVS SVÆ PRO DILECTIONE, QVASI NIHIL DESPICIET EAM; En Tertia qualitas diuini amoris inseparabilis ex dicto Apostoli: QVIS NOS SEPARABIT A CHARITATE CHRISTI? TRIBVLATIO? AN ANGVSTIA? &c. Rom. 8. 35. & concludit: CERTVS SVM ENIM QVIA NEQVE MORS, NEQVE VITA, NEQVE ANGELI, NEQVE PRINCIPATVS, NEQVE VIRTVTES, NEQVE INSTANTIA, NEQVE FVTVRA,
D NEQVE FORTITVDO, NEQVE ALTITVDO, NEQVE PROFVNDVM, NEQVE CREATVRA ALIA POTERIT NOS SEPARARE A CHARITATE DEI, QVAE EST IN CHRISTO IESV DOMINO NOSTRO. En Quarta insatiabilis: DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO, de quo legitur in Prouerbiis; INFERNVS, ET PERDITIO NVNQVAM IMPLENTVR. Prouerb. 27. 20. 30. 16. & alibi: TRIA SVNT INSATVRABILIA, ET QVARTVM QVOD NVNQVAM DICIT SVFFICIT; INFERNVS, OS VVLVAE, ET TERRA, QVAE NON SATIATVR AQVA;

IGNIS VERO NVNQVAM DICIT SVFFICIT. Dum ergo Diuinus Amor pugnat cum inferni igne; FORTIS EST VT MORS DILECTIO, DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO; Verum est ergo, quod diximus. A

Diuus Ioannes in Apocalypsi dicit, suos Antichristum in dextera, & fronte Sectatores signaturum:

Apoc. 13. 16 ET FACIET OMNES PVSILLOS, ET MAGNOS, DIVITES, ET PAVPERES, LIBEROS, ET SERVOS HABERE CHARACTEREM IN DEXTERA MANV SVA, AVT IN FRONTIBVS SVIS, ET NE QVIS POSSIT EMERE, AVT VENDERE, NISI QVI HABET CHARACTEREM, AVT NOMEN BESTIAE, AVT NVMERVM NOMINIS EIVS: ET NVMERVS EIVS SEXCENTI SEXAGINTA SEX. Hebræi, Græci, & Latini litteras habent numeros exprimentes; sed quonam modo eius nomē sit cōponēdū, adhuc in tenebris voluitur. Hic filius perditionis in dextera signabit suos, ostēsurus se illorum operationum Dominum esse; & in fronte, quia frons, et vultus, verecundiæ locus est; cum quis verecundatur, & erubescit, vultum tegit. Impius hic suos Sectatores malum sine verecundia exercere volet, quia ipsemet talis erit, inquit Daniel: IMPVDENS FACIE; omnibus monstrando bestiæ characterem habere, & in vultu inhumanitatem, nec illis correctionis spem vllam adesse; malum enim occultè operari minus est malum, & in operante correctionis spem aliquam promittit erubescentia, se malum noscere demonstrando; ERVBESCANT, ET CONTVRBENTVR OMNES INIMICI MEI: CONVERTANTVR, ET ERVBESCANT VALDE VELOCITER; malum vero operari, nec verecūdari: LAETANTVR CVM MALE FECERINT; Saluti via, & spes omnino est exclusa. Difficillimum Iob locum audite: LAETATVM EST IN ABSCONDITO COR MEVM, ET OSCVLATVS SVM MANVM MEAM ORE MEO, QVAE EST INIQVI-

Margin notes: B (beside "IN FRONTIBVS"); Dan. 8. 23. (beside "let, quia ipsemet"); C (beside "in fronte, quia"); D (beside "spem"); Psalm. 6. 11. (beside "demonstrando"); Prou. 2. 14. (beside "ri: LAETANTVR"); Iob. 31. 27. (beside "audite").

A INIQVITAS MAXIMA. Quodnam prægrande malum est, propriam manum deosculari? per manum opera designantur; per oris osculum gustus, et eiusdem operis diuulgatio: hęc maxima est iniquitas: ET PECCATVM SVVM QVASI SODOMA PRAEDICAVERVNT. Prędicatoris scopus persuadere est, hoc est, quod ipse dicit, alijs insinuare, vt faciant. Lazarus, qui Peccatoris figura erat, tecta facie reuiuixit: cum faciem pecca- Isa. 3. 9.

B tor celat, eius resurrectionis signum est, sed absque verecundia peccare, eius conuersionis desperatus est casus: tales suos hic perditionis filius Sectatores desiderabit. Sponsæ ergò Sponsus suadet: PONE ME VT SIGNACVLVM SVPER COR TVVM, VT SIGNACVLVM SVPER BRACHIVM TVVM: nolo vt super cor, vel brachium tuum nomen, vel signum ponas meum; sed me ipsum: PONE ME,

C non signum meum SVPER COR TVVM &c. Cor, & illius arcana casus sunt Deo reseruati. Cum igitur Antichristus Deus non sit; characterem suum super cor nullius apponere poterit; Sponsus verò cęlestis poterit quidem, quia Deus est; PONE ME &c. obsignantur res, ne tangantur. Dominus cordi nostro, & amori dominari anhelat; Cum igitur amor noster illius sit, mors nobis pertimescenda non est, quia Dei

D amor morte fortior est; si fortior est, de illa triumphabit; ita planè, inquit Apostolus: QVIS NOS SEPARABIT A CHARITATE CHRISTI? CERTVS SVM ENIM QVIA NEQVE MORS (en amorem morte fortiorem) NEQVE PROFVNDVM (en inferno firmiorem): non se melius certè charitatis potentia poterat declarare, quam illam morti æquiparare; mors mundo cedere cogit, idemque dilectio, cum nostra tamen libertate facit: MIHI MVNDVS CRVCIFIXVS EST, ET EGO MVN- Galat 6. 16.

 DO:

DO: Si dilectio morte fortior est; ergo amanti non A
1. Ioan. 4. 18 est reformidanda: NAM PERFECTA CHARITAS FORAS MITTIT TIMOREM.

Non morte solum dilectio fortior est; verum etiam inferno: mors cum animam à corpore separauit, totam suam compleuit potestatem, non ita dilectio, quæ vt infernus ad perpetuitatem, & æternitatem se seruat:
1. Cor. 13. 8. CHARITAS NVNQVAM EXCIDIT: FORTIS EST VT MORS DILECTIO; DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO; B
August. in Psalm. 121. MAGNVM VERBVM, FRATRES, VALIDA EST SICVT MORS DILECTIO, inquit Augustinus. Mors animam à corpore segregat, disiunctam vero corpori nequit coniungere, vt dilectio, quæ animam in corpore viuere facit, non secus ac ab illo esset seiuncta. Paulum audite viuentem simul, & non
Galat. 2. 20. viuentem: VIVO EGO IAM, NON EGO; VIVIT VERO IN ME CHRISTVS. Mors supra Deum facultatem non C seruat. In Cruce vita, & mors altercatæ fuerunt, Vita, quæ Christus est Iesus: EGO SVM VIA VERITAS, ET VITA; & quia Deus erat, Amor quoque extabat:
Sequentia Dominicæ resurrectionis. DEVS CHARITAS EST. MORS, ET VITA DVELLO CONFLIXERE MIRANDO, DVX VITAE MORTVVS REGNAT VIVVS, & Christi morte, mortua mors est; Christus enim morte non occubuit; sed amore: PROPTER NIMIAM CHARITATEM SVAM. &c. Christus vicit mortem; sed D non amorem, vnde ait Bernardus: TRIVMPHAT DE DEO AMOR, ideoque viuus apparuit. Cum reuixit, morti charitas illusit: ABSORTA EST MORS IN VI-
1. Cor. 15. 55 CTORIA: VBI EST MORS VICTORIA TVA? QVI MORTEM NOSTRAM MORIENDO DESTRVXIT, ET VITAM RESVRGENDO REPARAVIT: O MORS ERO MORS TVA,
Ose. 13. 14. inquit Osee: Habacuc illam cum Dæmone triumphalem ante rhedam, vt à Saluatore deuictos præmisisse

A misisse fatetur: ANTE FACIEM EIVS IBIT MORS: ET EGREDIETVR DIABOLVS ANTE PEDES EIVS; Charitas ergo morti, & æmulatio inferno aduersantur, & vincunt; mors, ferro, igne, aqua, febribus, & his similibus dolorem afferentibus vtitur, vt animam à corpore diuidat; his vero Charitati deficientibus, ipsa sola munere animam à corpore separandi, illamque viuere faciendi, non secus ac à corpore seiuncta esset, Cant. Abacuc.
B adamantis voluptate, perfungitur; mors cum natura in separatione altercatur: Charitas vero cũ illa cõiũgitur, vt illud gloriosiùs occũbat. Fortitudo charitatis nõ solum cõparatur cum fortitudine mortis, FORTIS EST VT MORS DILECTIO; sed cũ duratione inferni: DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO: infernus viui ficãdo cruciat; MORS DEPASCET EOS; Sicũ Inferno in Dei amore æmulãdũ est, tãto nos diligẽtiores in Deũ amã- Psal. 48. 5.
C do esse debemus, & vt ab alijs diligatur curare, quãto Dæmon studio in illũ odio habendo, & vt ab alijs lædatur, insudat. Amor noster cũ morte, & perseuerãtia cum Inferno dimicare debet: Infernalis ignis omnes suos conatus in Peccatorem, qui Deum læsit, destruẽdo experitur; sed exercendi iter intercluditur: Contritio vero, quæ Dei est amor, peccatum delet, & extinguit, quod Dei est inimicus, illum iustificando,
D qui prius peccauerat. Si igitur charitas inferno similis est, translati similitudo expetit, vt Dæmones etiam sint huius felicis inferni, vt metaphora in totum continuetur. Pertinacia infernum facit, cęterum infernus non nisi ignis lacus, & stagnum esset; Deum diligentes, perseuerantes, constantes, ac obstinati (sic dicere fas sit) in Dei amore huius felicis inferni beati sunt: non tanto Satan Deum odio habet, quanto illum Beata Virgo prosequitur amore; nec in in-

ferno

ferno collectiuè tantum mali reperitur , quantum sola in Virgine boni existit : Ieremias prædixit : AB AQVILONE PANDETVR OMNE MALVM. Aquilo inferni figura est, in quo omnia sunt mala; A

Ier. 1. 14.

Dauid Propheta respondet: LATERA AQVILONIS CIVITAS REGIS MAGNI : Latera oppositam partem significat : CIVITAS REGIS MAGNI, quæ Virgo est sanctissima; innuit ergo illam tanto Deum prosequi amore, & laudibus celebrare, quantum ipsum infernus odio habet, & blasphemat. In Virgine charitas naturali cum amore fœdus iniit, & vna cum illo vires iungens ambo in ipsam conspirarunt amore excruciaturi : Martyres in corpore tormenta experti fuerunt; sed Beata Virgo in anima: TVAM IPSIVS ANIMAM GLADIVS PERTRANSIBIT. Ideoque Martyrum Regina nuncupatur. Martyres linquamus, & Purgatorij pœnas assumamus, & inferni (culpæ malum non intelligentes; sed solum pœnalitates) Virginis altius cor propter Dei offensionem dolor penetrauit, quam quod Purgatorium crucietur, & Infernus. Afferunt Theologi maiorem Purgatorij pœnam, & Inferni, Sensus pœnam non esse: sed damni, hoc est Diuinæ visionis priuationem. In Damnatis hic dolor non a Dei amore exoritur; sed proprio: in Purgatorio vero & a Dei amore, & proprio. sola Virgo prę cæteris simul iunctis Deum diligebat Altius ergo de offensa in Deum dolebat; & in illa verificabatur: FORTIS EST VT MORS DILECTIO, DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO. In Prouerbijs legitur Infernum insatiabilem esse, & D. Bernardus inquit, Dei honoris Zelum insatiabilem quoque esse : ZELVS HONORIS DEI INSATIABILIS EST: Vno verbo: Charitas de morte

Psal. 74. 3. — B

Luc. 2. 35.

C

D

Prou. 30.

A morte triumphat. QVIS NOS SEPARABIT A CHARITATE CHRISTI? TRIBVLATIO? AN ANGVSTIA? &c. & concludit: CERTVS SVM ENIM, QVIA NEQVE MORS &c. en mortem, NEQVE PROFVNDVM, en Infernum, POTERIT NOS SEPARARE A CHARITATE DEI. Charitas ergo morte fortior, & Inferno durior est, dum nec mors, nec infernus Diuino nos ab amore seiungere possunt. sequitur Cantica. Rom. 8. 35.

B LAMPADES EIVS LAMPADES IGNIS ATQVE FLAMMARVM. AQVÆ MVLTÆ NON POTVERVNT EXTINGVERE CHARITATEM, NEC FLVMINA OBRVENT ILLAM: Prosequitur declarare propositas propositiones; & assignare differentiam, quæ est inter flammam ignis charitatis, & ignis Inferni. Tartareus ignis vrit, ardet, & cruciat, non vero in semet lucet, nec alios illumi-

C nat: Ignis amoris Dei lucet, illuminat, & clarificat. lucet in se, illuminat alios, & clarificat omnes: Vt Spiritus sanctus tres hos indicet affectus in charitate, nominat LAMPADEM, IGNEM, ATQVE FLAMMARVM SPLENDOREM. In Inferno est ignis cum combustione sine luce; in Cœlo est ignis cum clara luce, sine combustione, VOX DOMINI INTERCIDENTIS FLAMMAM IGNIS. Tartareus ignis maxime actiuus est Psal. 28. 7.

D in torquendo; ignis charitatis in perficiẽdo: Dei amor in se totus lucet, & alios illuminat verbo, & exemplo: AQVÆ MVLTÆ NON POTVERVNT EXTINGVERE CHARITATEM &c. ignis & Charitas, perfectorũ, & corda eorũ Dei Amore feruẽtia indicat DEVS NOSTER IGNIS CONSVMENS EST, inquit Apostolus: & ANGELOS ET MINISTROS SVOS FACIT IGNEM VRENTEM, , per Diuinum amorem. Si Dei amor ignis est, odium aqua erit; Per aquas igitur omnia mala accipiun- Hebr. 12. 24 Psal. 103. 4. Heb. 1. 7

accipiuntur animę ac corporis, quę hominibus præsenti in vita possunt euenire: Omnia aquæ sunt, quæ A
huius in Mundi Oceano fluctuant: modo in Cœlum se efferre videntur diuitiarum, & honorum promissione: modo profundum in abyssum persequutionum, & calamitatum multitudine, & magnitudine demerguntur, seque suis in amaritudinibus tumulare vidētur: AQVÆ MVLTÆ NON POTVERVNT EXTINGVERE CHARITATEM. Ignis Inferni B
charitatis ignem extinguere non valet, sed e contra, ergo fortior. Amor Dei igne naturali quoque fortior est, qui aqua extinguitur: charitas aqua nō extinguitur: ergo AQVÆ MVLTÆ &c. Antichristi minas, & persequutiones innuit, ac etiā promissiones: SI DEDERIT HOMO OMNEM SVBSTANTIAM DOMVS SVÆ PRO DILECTIONE, QVASI NIHIL DESPICIET EAM: Omnia bona terræ in comparatione charita- C
tis nihil valent, & sine illa nihil sunt; SI LINGVIS HOMINVN LOQVAR, ET ANGELORVM &c. SI HA-
Prima Cor. 13. 1. BVERO OMNEM FIDEM, ITA VT MONTES TRANSFERAM, CHARITATEM AVTEM NON HABVERO; NIHIL SVM. Qui Deum vere in oculis feret, minas contemnet, & nihili honores faciet, & mundi diuitias:
Philip. 3. 8. OMNIA ARBITRATVS SVM VT STERCORA, aiebat Apostolus; hoc, hisce insinuat Sanctus Spiritus verbis. D

SOROR NOSTRA PARVA, ET VBERA NON HABET. QVID FACIEMVS SORORI NOSTRÆ IN DIE QVANDO ALLOQVENDA EST? Verba sunt Ecclesiæ Catholicę de Synagoga nuper ad fidem conuersa, ex sensu multorum Doctorum. In Concistorio, quod propter Antichristi persequutiones celebrabit Ecclesia, inter cętera Synagogam nuper ad fidem conuersam hisce verbis proponet:

SOROR

A SOROR NOSTRA PARVA, ET VBERA NON HABET; QVID FACIEMVS? &c. Sororem per fidem nuncupat, paruam per fidem recenter acceptam: ET VBERA NON HABET, nondum nostra in fide stabilita est, & radicata; nec inter illos, qui lac diuini verbi primis in incunabulis ei subministret, reperitur. QVID FACIEMVS SORORI NOSTRÆ IN DIE QVANDO ALLOQVENDA EST? Quid
B nobis agendum, cum illi contrarium, quod nos edocuimus, prædicabit Antichristus? & post modicum temporis interuallum, quid resoluerit exquiret ab ea? iuxta, à Daniele scriptum: CONFIRMABIT AVTEM (de Antichristo loquitur) PACTVM MVLTIS (Hebræis scilicet) cum quibus placidè se habebit, cum & ipse Iudaica de gente sit oriundus, lustrali minimè ablutus vnda; sed circumcisus, tantum & ex Dan. 9. 27
C Tribu Dan; FIAT DAN COLVBER IN VIA, &c. licet ipse se de Iudæ tribu sit iactaturus, vt Messias censeatur, & credatur. Luxuriosus præter modum erit, vitiorum omnium receptaculum, quolibet, qui Terrarum in Orbe extiterit hypocrita maior; quatuor vtetur medijs decepturus homines; ITA VT IN ERROREM INDVCANTVR (SI FIERI POTEST) ETIAM ELECTI. Quatuor media erunt; primum singularis eloquentia; Gen. 49. 17 Matt. 24. 24
D secundum maxima liberalitas; tertium magna prodigia; quartum atroces minæ: facundia hic rex impiorum nunquam intellecta prædicabit, præcipuè in tria vota à Religiosis emissa. Contra obedientiæ votum, hæc habebit: Vos Deus liberos creauit, & vestram conseruaturus libertatem, vt femetipsum lædere possitis, permittit; & vos vestram in hominis manu libertatem constituitis, qui indiscretus, malignus, & vitiosus esse potest &c. Contra votum paupertatis: Do-

minus vos locupletauit, vt diuites sitis; Diuitiæ, eius A
sunt donum; vos vero eius donum aspernantes, paupertatis
voto vos ipsos adstringitis,& vt viuatis postea alienum sumere cogimini; ita vt alieno potius viuere
votum emisisse videamini: validum ne vobis, & bonum hoc votum videtur? Contra votum castitatis:
Deus hominem pro muliere, & mulierem vice versa pro homine creauit; hominemque sine muliere permanere
Gen. 2. 18. bonum non esse ipsemet confessus est: NON B EST BONVM HOMINEM ESSE SOLVM, FACIAMVS ADIVTORIVM SIMILE SIBI; & post creatam Euam præcepit: CRESCITE, ET MVLTIPLICAMINI, vt Cœlum, & Terra inhabitetur; vos vero Deo sapientiores, castitatis votum emittitis, nec omnino obseruare potestis illud: Vnde postea mille scelera perpetratis in vestrã, & aliorum ruinam. Ego ipse, vt Dominus, vos his omnibus à vinculis vos exoluo, & liberos constituo; & C voluptatibus, quas in Terris exposcitis, perfruendi licentiam impartior: in Cœlum postea suo tempore ducturus.

Dæmonũ ministerio absconditos thesauros,& aurũ in terrę visceribus inclusũ reperiet, effodiet,& in lucẽ prodet, monetamque flabit; postea prædicans dicet: Deus à dando dicitur, vt Iuppiter a iuuando: Ego quia vestrorum bonorum non indigeo, omnes locupletare D desidero:& in omnes larga manu diuitias diffundet &c. Deinde ad prodigia descendet, quæ magna, & maxima erunt, nec ipse solus; verum etiam eius Sectatores operabuntur: DABVNT SIGNA, ET PRODIGIA
Matt. 24. 24. MAGNA, ITA VT IN ERROREM INDVCANTVR (SI FIERI POTEST) ELECTI: Vt Dei filius credatur, Solem denigrabit, & in Cœlo quasi clauo figet, vel vt placebit huc, illucque raptabit: idem de Luna, & Stellis

A lis peraget, vt affirmant Method. Martyr, Sanctus Ephræm Syrus, Raban. Cyrillus Hierosf. & Hippolytus Episc. & Mart. cuius hæc sunt verba: MORTVOS SVSCITABIT, MONTES TRANSFERET, SICCIS PEDIBVS SVPER MARE AMBVLABIT, IGNEM E COELO DEDVCET, DIEM CONVERTET IN TENEBRAS, ET NOCTEM IN DIEM, SOLEM CIRCVMAGET QVO LIBVERIT &c. & hoc forsitan videntur indicare verba Euangelistarum: ERVNT

Meth. mar. in suis reue. lationib. tō. 2. bibliot. Patr.
S. Ephrem Syrus tract. de consum. sæculi.
Rabā. tract. de Antichr.

B SIGNA IN SOLE, ET LVNA, ET STELLIS; SOL OBSCVRABITVR, ET LVNA NON DABIT LVMEN SVVM, STELLAE CADENT DE COELO, ET VIRTVTES COELORVM COMMOVEBVNTVR: Idem de terra, aqua, & igne peraget, cuius signa falsa, & mendacia erunt, vt docet Apostolus ad Thessal. nullius prorsus vtilitatis: sed solum admirationis; Suam imaginem postea in Templo super Altare adorandam proponet; quæ vt scribit D.

Cyrill Hierosolym. cathec. 15.
Hip. Episc. & Mar. orat. de consum. sæcul.
Luc. 21. 29.
Matt. 24. 29.
2 Thesal. 2. 2. 10.

C Ioann. in Apocalypsi loquetur: ET DATVM EST ILLI, VT DARET SPIRITVM IMAGINI BESTIAE, ET VT LOQVATVR IMAGO BESTIAE. Paludanus quid tremendum refert: nempe, non eius solam imaginem fore loquuturam; verum etiam Sanctorum Imagines, & Virginis Sanctissimæ. Quid plura? Eadem Hostia (quæ sacrata videbitur) palam loquetur (sed Dæmones erunt) mortales delusos fuisse testantes, idola colen-

Apoc. 13. 15

D tes; ideoque inanem iam detestentur Religionem, & solum Antichristum insequantur verum Messiam; suam statuam adorare recusantes, sibique adhærere, viuos mortis pœnis, & inferni diuexabit; & tunc verificabitur: DOLORES INFERNI CIRCVMDEDERVNT ME. Ast cur Deus huic impio tantam tribuet potestatem, & strage tam immani in Ecclesiam suam Sponsam desæuire permittet? Respondet Apostolus, maiora ob Electorum merita; Peccatorum mundique scelerum

Psalm. 17 6.

2. Thes. 2. 10 iustam pœnam; IDEO MITTET ILLIS DOMINVS OPERATIONEM ERRORIS, VT CREDANT MENDACIO, VT IVDICENTVR OMNES, QVI NON CREDIDERVNT VERITATI; SED CONSENSERVNT INIQVITATI. Per constellationes hic ergo non exorietur; sed per punitionem, iuxta id, quod Daniel Propheta prædixit: ROBVR AVTEM DATVM EST EI CONTRA IVGE SACRIFICIVM PROPTER PECCATA, ET PROSTERNETVR VERITAS IN TERRA, ET FACIET, ET PROSPERABITVR; & Dominus, vt faciat permittet, ET FACIET, & quodlibet feliciter eueniet: ET PROSPERABITVR: Idem D. Ioannes asserit. Igitur scelera nostra ad apicem peruenta ipsius aduentus causa erunt; Idem Daniel dicit: CVM CREVERINT INIQVITATES, CONSVRGET REX IMPVDENS FACIE &c. sed iam ad Canticam redeamus.

Dan. 8. 12. (A) (B)

Dan. 8. 23.

QVID FACIEMVS SORORI NOSTRÆ IN DIE QVANDO ALLOQVENDA EST? Resolutio Catholicæ Ecclesiæ fuit, & erit, cum filijs Israel colloqui, vtrum in fide fortis inueniatur: SI MVRVS EST, id est, fortis, ÆDIFICEMVS SVPER EVM PROPVGNACVLA ARGENTEA; id est, magis magisque Dei Verbo, nostroque exemplo, & protectione diuina confirmabimus; quæ murus est inexpugnabilis, de quo habitatores Hierusalem dicebant: MVRO TVO INEXPVGNABILI CIRCVMCINGE NOS DOMINE; & eloquia Diuina argentea, sic Propheta: ELOQVIA DOMINI ELOQVIA CASTA, ARGENTVM IGNE EXAMINATVM &c. SI OSTIVM EST, COMPINGAMVS ILLVD TABVLIS CEDRINIS; quod si debilem reperiamus, hoc est non marmoreum; sed ligneum: vel vt Ianuam, quæ facile aperiatur: SI OSTIVM EST, possibilia quæque percurremus, strenuorum virorum exempla illi recensentes, fortium, & con-

(C) (D)

Psal. 11. 7.

A & constantium, qui pro fide vltro mortem subiere, & cruciatus neglexere, nec concidi, & vt tabulas per medium resecari, propter Dei amorem, dubitauerunt: Quapropter de semetipsis bonum odorem mundo liquere: SI OSTIVM EST, COMPINGAMVS ILLVD TABVLIS CEDRINIS, resectis lignis odoriferis, & incorruptibilibus. Vel dicamus, quod duo sunt in nobis ostia: vnum per quod gratię Dei in cor-
B da nostra intrare volenti aditum prębemus: aliud, per quod Diabolum à nobis excludimus, & ne vnquã ingrediatur ostium, murum facimus: MVLTI e contra CREDVNT; SED TEMPORE TENTATIONIS RECEDVNT. Luc. 8. 15.
Discursui magna animi fortitudine, & spiritus feruore respondet Synagoga, se benè Christi Domini fidem edoctam esse, cuius in defensionem muri ad instar fortis erit resistitura, & nunquam
C Tyranno se subiectura; sed ob Diuinum, & Proximi amorem, vt inexpugnabilis Turris semper aduersatura: EGO MVRVS, per Christi gratiam in fide confirmata: ET VBERA MEA (id est, prima erudimenta Euangelicæ fidei) SICVT TVRRIS; Ideoque se de transactis erroribus veniam obtenturam, sperabit: EX QVO FACTA SVM CORAM EO QVASI PACEM REPERIENS: Dicit QVASI,
D per humilitatem, & quia scelerum venia incerta est: QVIS SCIT SI CONVERTATVR, ET IGNOSCAT DEVS? Ioel. 2. 14.
& quia in mortis tempore tantum, pax vera reperitur: NVNC DIMITTIS SERVVM TVVM IN PACE; REPERIENS Luc. 2. 29.
dicit, veniam gratia se recepturam; non vero iustitia tantum fatetur. Replicabit tunc Catholica Ecclesia: Verè noscitur Hebraicum Populum Dei vineam semper extitisse; VINEA FVIT PACIFICO IN EA QVÆ HABET POPVLOS; atrocioribus etenim in

persequutionibus Diuinæ maiestati fidelem se demō- A
Ier. 1. 1. strauit semper: talem se in Hierusalem (à Ieremia
1. Machab. c. 15. per tot Vrbe plena Populo nuncupata: CIVITAS PLENA POPVLO) declarauit: Impio Antiocho Regi resistens in legis defensionem, & Dei honorem, vt in Machabęorum libris legitur; & ante Hierusalem in Ægypto, dum Pharaonis duræ seruituti subiacebat, à qua postea liberatus fuit, & transportatus Dei gratia extra illius Impij Dominium, flagellorum in eundem Tyrannum, vi, & abundantia diuinæ iustitię extortus: B nunc vero Prophetam Dauid in Psal. 79. Israeliticum Populum vineam nuncupare adnotate: VINEAM DE
Psal. 79. 9. ÆGYPTO TRANSTVLISTI; & eadem vineæ similitudine declarat quonam modo in exitu de Ægypto fuerit defensus:
Psal. 79. 10. VINEAM DE ÆGYPTO TRANSTVLISTI, EIECISTI GENTES, ET PLANTASTI EAM; & quomodo in itinere fuerit deductus: DVX ITINERIS FVISTI IN CONSPECTV EIVS; & quo pacto filiorum cum multitudine C fuerit prosperatus: PLANTASTI RADICES EIVS, ET IMPLEVIT TERRAM: cum sequenti. Postea verò vaticinans quo pacto derelinquendus, contemnendus, & ab omnibus esset conculcandus, propter cædis Christi Iesu peccatum, quasi corpus sine capite, & vinea sine sepe, his verbis: VT QVID DESTRVXISTI MACERIEM
Psal. 79. 13. EIVS, ET VINDEMIANT EAM OMNES, QVI PRAETERGREDIVNTVR VIAM? D Demum vaticinans quomodo propè mundi finem sola Dei misericordia ad Christi fidem magna cum perfectione esset conuersura, hęc insuper addit verba: DEVS VIRTVTVM CONVERTERE: RESPICE
Vide Oseam cap. 1. n. 11. Ps. 79. 15. 16 DE COELO, ET VIDE, ET VISITA VINEAM ISTAM, ET PERFICE EAM, QVAM PLANTAVIT DEXTERA TVA, ET SVPER FILIVM HOMINIS (qui Christus est) QVEM CONFIRMASTI TIBI: Ecce quomodo stabiliendus est, supra, & in

A in Christi Iesu meritis perficiendus ; & persistens in eadem metaphora sequitur Cantica.

TRADIDIT EAM CVSTODIBVS. Quinam sunt hi Custodes ? Visibiles Custodes Episcopi sunt, & Animarum Curatores, quibus suis de subditis ratio reddenda est. Custodes vocantur, non vero Vinitores, quia sola diligentia ad custodiam inseruiunt; Cæterum fructus à Deo procedunt, non vero
B ab ipsis: NEQVE QVI PLANTAT EST ALIQVID, NEQVE QVI RIGAT; SED QVI INCREMENTVM DAT DEVS. de illis dicitur: EGO ELEGI VOS, ET POSVI VOS, VT EATIS, ET FRVCTVM AFFERATIS, ET FRVCTVS VESTER MANEAT: Inuisibiles custodes Angeli sunt, QVONIAM ANGELIS SVIS MANDAVIT DE TE, VT CVSTODIANT TE &c. VIR AFFERT PRO FRVCTV EIVS MILLE ARGENTEOS. VIR, qui-
C nam vir iste est ? Vir a virtute dicitur ; hic Christus est Iesus, qui a Propheta virtutum Dominus nuncupatur ; QVIS EST ISTE REX GLORIAE ? DOMINVS VIRTVTVM IPSE EST REX GLORIAE. Christus Iesus pro animabus, & earum fructu, qui illarum salus est, suum pretiosissimum effudit Sanguinem, qui infinitæ virtutis est, in millenario numero expressum, summæ perfectionis vndequaque numero,
D cum sit numerus compositus ex omnibus numeris paribus, & imparibus, simplicibus, & compositis, ex decano ducto in semet ipso, & repetito decies per centenarium, inquit Augustinus.

VINEA MEA CORAM ME EST: Cælestis Sponsi verba sunt. Ego ipse vineæ meæ curam gerere, & custodire, tam vniuersalis, (quæ Ecclesia est) volo, vt pote etiam particularis, quæ anima est cuiuslibet Christi fidelis. Huius vineæ Christus

prima Cor. 3. 7.
Io. 15. 16.
psal. 90. 6.
psal. 23. 10.
Aug. de Ciuit. Dei 7.

Christus ipse est vitis, & eius Pater agricola: A
EGO SVM VITIS VERA, ET PATER MEVS AGRICOLA EST; Ideoque cum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumitur, inquit Sacerdos: CORPVS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI CVSTODIAT ANIMAM TVAM, AMEN. Respondet Sponsa, id Domino iustum esse peragere, quia illi totus stat sanguis: MILLE TVI PACIFICI. MILLE Denarius numerus plenus est; centenarius maximus, millenarius B
tantus, vt omnem superet existimationem. MILLE, (Christi videlicet Iesu pretiosus Sanguis) mille tui sunt (Qui pacificus es) TVI PACIFICI, genitiui singularis est; ET DVCENTI HIS QVI
Matth. 19. 29. CVSTODIVNT FRVCTVS EIVS. MILLE TVI, Domine sunt; Custodes quoque duplici afficiuntur mercede; DVCENTI HIS QVI CVSTODIVNT (verbo, & exemplo) centuplum accipiet &c. C
QVI BENE PRAESVNT PRAESBYTERI, DVPLICI HO-
prima Timot. 5. 17. NORE DIGNI HABEANTVR, MAXIME, QVI LABORANT IN VERBO, ET DOCTRINA, scribit Apostolus ad
Luc. 10. Timotheum: DIGNVS EST OPERARIVS MERCEDE SVA.

QVÆ HABITAS IN HORTIS, AMICI AVSCVLTANT. Sponsam suadendo alloquitur Sponsus, hoc est Ecclesiam, & fidelem animam: Cha- D
ra, & dilecta Sponsa, quæ habitas in hortis, quæ scilicet grandi vexaris tribulatione, preces fundens, quia vt scribit S. Augustinus in Psal. 54.: ORAT
August. in psal. 54. MVLTA PATIENS DE MALO LIBERARI DESIDERANS. Tribulationes, Dei seruis nunquam desunt: FILI ACCEDENS AD SERVITVTEM DEI STA IN IVSTITIA, ET
Eccles. 2. 1. TIMORE, ET PRAEPARA ANIMAM TVAM AD TENTATIONEM, in Ecclesiaste legitur. Tribulationes hor-

tus

A tus vocantur, inquit Carpathius, quia in illis Christi fideles sunt plantati, vt in virtutibus crescant: ET FACIET CVM TENTATIONE PROVENTVM. AMICI AVSCVLTANT. AMICI Angeli sunt: Angeli non solum Custodes, & Coadiutores nostri, sed & amici, iuxta Bernardi, & Lirani sententiam, qui aliquando futuri sunt cohæredes nostri. ASCVLTANT ANGELI, vt scribit idẽ Bernardus in Psal. Qui habitat &c. prima Cor. 10.13. Bern. in psal. 90.

B MAGNA ATTENTIONE NOSTRAS OBSERVANT PRECES, ILLAS DEO ALLATVRI. idem Hilarius affirmat, en eius Verba: SALVANDORVM IGITVR PER CHRISTVM ORATIONES ANGELI QVOTIDIE DEO OFFERVNT. Diuus Ioannes in Apoc. asserit idem. FAC ME AVDIRE VOCEM TVAM Deus nostras noscit egestates absque Angelorum ministerio; sed nos adeo tenere in oculis fert, vt nos alloqui, & C nostram agnoscere velit voluntatem a nobis ipsis: FAC ME AVDIRE VOCEM TVAM; maxime enim delectatur Dominus orationibus nostris licet imperfectis; nam, vt docet Apost. QVID OREMVS SICVT OPORTET NESCIMVS. Hæc verba obscura sunt. Quomodo dicit Apostolus: NESCIMVS? Ignorabat ipse forsitan Dominicam Orationem? Hoc omnino credibile non est. Resp. Augustinus: NESCIMVS D FRVCTVM TRIBVLATIONVM QVANTVM NOBIS PROSINT AD SANANDVM TVMOREM SVPERBIAE, AD PROBANDAM, ET EXERCENDAM PATIENTIAM NOSTRAM: IDEO ORAMVS AB IPSO LIBERARI, QVIA IGNORAMVS ILLORVM VALOREM &c. Vnde nomine proprio, & aliorum dicebat Propheta: CLAMABO PER DIEM, ET NON EXAVDIES: ET NOCTE: ET NON AD INSIPIENTIAM MIHI: CLAMABO PER DIEM, ET NOCTE, ET NON EXAVDIES: scilicet ad voluntatem; sed ad vtilitatem; Hilar. in Matth. cap. 18. Apoc. 8.18. Rom. 8.26. psal. 21.3.

Ideo

Ideo ſequitur, NON AD INSIPIENTIAM MIHI, ſcilicet, exaudiſti: ſed ad ſalutem: ſic exauditus fuit ipſemet Apoſtolus: DATVS EST MIHI STIMVLVS CARNIS MEAE &c. PROPTER QVOD TER DOMINVM ROGAVI, VT DISCEDERET A ME; nec tamen exauditus fuit ad voluntatem: ſed ad vtilitatem. Vnde ad petitionem Pauli reſpondit Dominus: SVFFICIT TIBI GRATIA MEA: NAM VIRTVS IN INFIRMITATE PERFICITVR. Hoc igitur intelligens prudens Nupta magno cordis affectu reſpondit: quod tibi libet mi Domine, vel mori, vel viuere peragere deſidero. FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN COELO, ET IN TERRA. Cœleſtis Sponſus ſuæ dilectæ hoc ſalubre dedit conſilium. FVGE DILECTE MI, ASSIMILARE CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM, quę cum alacritate ad montes confugiunt curſu ſimul, & ſaltu: Vnde dixit Iſaias; QVIA IN LAETITIA EGREDIMINI, IN PACE DVCEMINI, MONTES, ET COLLES CANTABVNT CORAM VOBIS LAVDEM: quaſi dicat Sponſus: Crede mihi dilecta, melius eſt tibi vitam cum morte commutare, quam hiſce in periculis, & anguſtijs viuere: Exilium cum Patria, pugnam perpetua cum pace, & Terram cum Cœlo permutare, ne dedigneris; FVGE DILECTE MI; Cito ergo mori non te diſpliceat. In Sapientia legitur. RAPTVS EST NE MALITIA MVTARET INTELLECTVM EIVS, AVT NE FICTIO DECIPERET ANIMAM ILLIVS; nam vt ſcribit Matthęus: NISI BREVIATI FVISSENT DIES ILLI, NON FIERET SALVA OMNIS CARO. quam bene cum Cantica cõueniat Matthæus, quæſo ponderate. Euangeliſta fideles hortatur: CVM VIDERITIS ABOMINATIONEM DESOLATIONIS, QVAE DICTA EST A DANIELE PROPHETA, TVNC, QVI IN IVDAEA SVNT FVGIANT

AD

[Margin notes: A; ſecunda Cor. 12. 7.; B; De modo preparandi ſe ad tranſitum ex hac vita, quando, vbi, & quomodo vult Deus.; Iſa. 55 12.; C; D; Sap. 4 11.; Matth. 24. 22.; Matth. 24. 15.]

A AD MONTES; oſtendit ipſos eſſe in valle lacrymarũ,& hortatur illos vt celeriter ad montes confugiant; & Sponſus in Cantica idem Sponſæ ſuadet, vt ad montes videlicet confugiat: FVGE DILECTE MI, ASSIMILARE CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM SVPER MONTES AROMATVM. Per fugam, mors iuxta communem opinionem intelligitur: fuga mors nominatur, vel quia ordinarie ab
B omnibus fugitur, vel quia vt latro veniet, qui vt furatus eſt fugit. Mortem, & Iudicij diem, vt latronem aduenire debere Apoſtolus dicit, ſcribens ad Theſsal. DIES DOMINI SICVT FVR IN NOCTE ITA VENIET; & D. Petrus: ADVENIET AVTEM DIES DOMINI VT FVR. D. Ioann. in Apoc. in Chriſti perſona loquens: VENIAM AD TE TANQVAM FVR, ET NESCIES QVA HORA VENIAM AD TE. Verbum FVGE
C per ſe celeritatem importat: ORATE AVTEM, VT NON FIAT FVGA VESTRA HYEME; VEL SABBATO; In hyeme celeriter iter haud fit, nec in Sabbato, quia quieti dies addictus eſt: VAE AVTEM PREGNANTIBVS ET NVTRIENTIBVS IN ILLIS DIEBVS, quia hi celeriter iter abſoluere nequeunt: Ideo Cantica dicit: ASSIMILARE CAPREÆ HINNVLOQVE CERVORVM, animalibus iter celeriter abſoluen-
D tibus, ſemperque aſcendentibus; SVPER MONTES AROMATVM. Aromata, quæ ſignificant abundantiam virtutum, conſeruant corpora mortua a putredine, & ſeruant incorrupta cum odore: Super montes Cœlum extat. Cœli, aromatum montes dicuntur, inquit Bernardus, quia ab illis fętor, & immunditia quęque exulat. Quid altius Cœlo?, quid ſuauius illo? Vnde in Apocalypſi legitur: DVXIT ME ANGELVS IN MONTEM MAGNVM VALDE, ET ALTVM;


prima Theſſal. 5. 3.
ſecũd. Petr. 3. 10.
Apoc. 3. 3.
Matth. 24. 20.
Matth. 24. 19.
Apoc. 21. 10

TVM, ET OSTENDIT MIHI CIVITATEM SANCTAM HIE- A
RVSALEM NOVAM A DEO DESCENDENTEM, SICVT
SPONSAM ORNATAM VIRO SVO: declarat Prophe-
Psal. 131. 13. ta montem hunc eſse Sion: ELEGIT DOMINVS SION,
ELEGIT EAM IN HABITATIONEM SIBI: HAEC REQVIES
MEA IN SAECVLVM SAECVLI; Vbi inceſsabili voce cantant Angeli, celebrant Archangeli, Virtutes glorificant, Principatus exultant, Poteſtates collætantur, gaudent Dominationes, Throni feſtum diem agunt, B
laudant Cherubim, hymnum æternæ glorię ſocia exultatione concelebrant Seraphim. Illic FAC ME AVDIRE VOCEM TVAM, in Canticum perpetuæ dilectionis, benedictionis, et laudis, Amen.

FINIS.



INDEX



LOCA SACRAE SCRIPTVRAE

IN HAC CANTICÆ PARAPHRASI EXPLICATA, VEL APPLICATA.



EX TESTAMENTO VETERI.

GENESIS.



Cap. 1. 1. IN principio creauit Deus cælũ,& terrã. pag.179.D
1. 2. Terra autem erat inanis,& vacua,&c. 152. A
1. 11. Germinet terra herbam virentem. 220. C
1. 26. Faciamus Hominem ad imaginem & similitudinem nostram. 47. D
1. 31. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. 210. A
Cap. 2. 7. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ &c. 16. C

2. 8. 15. Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis &c. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis &c. 44. C

2. 17 De ligno autem Scientię Boni, & Mali ne comedas. 16. B 44. C 67. A

In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. 25. D

2. 18. Non est bonum, hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. 282. B

Cap. 3. 1. Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradisi? 70. C

3. 5. Eritis sicut Dij, scientes Bonum & Malum. 269. C

3. 7. Viderunt se esse nudos. 44. A

3. 15. Ipsa conteret caput tuum. 48. D

3. 17. 18. Maledicta terra in opere tuo &c. 64. C 65. C. 138. D 220. C

3. 19. Puluis es, & in puluerem reuerteris. 268. C

Cap. 4. 1. Adam verò cognouit vxorem suam Euam &c. 69. D

Cap. 6. 7. Tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem, quem creaui &c. 24. C

Cap. 16. 12. Manus eius contra eum. 43. A

Cap. 27. 37. Caro nostra, & frater noster est. 255. D

Cap. 38. 8. Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo. 79. C

Fiat

Cap. 49. 17. Fiat Dan coluber in via &c. 281. C
Cap. 21. Nephthali ceruus emiſſus. 82. B

EXODVS.

Cap. 3. 5. Ne appropries huc. 230. A
Cap. 18. 21. Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum &c. 110. C.
Cap. 33. 20. Non videbit me homo, & viuet. 47. D 76. C. 230. A
Cap. 35. 28. Aromata, & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandũ vnguentũ. 30. C

DEVTERONOMIVM.

Cap 25. 5. Si frater abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubat alteri &c. 79. C
Cap. 32. 4. Dei perfecta ſunt opera. 193. C

IVDICES.

Cap. 11. 37. Dimitte me, vt plãgã virginitatẽ meã. 66. A
Cap. 14. 8. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. 165. B

REGVM LIBRI.

2. Reg. 5. 9. Habitauit autem Dauid, in arce, & vocauit eam, ciuitatem Dauid &c. 134. A
3. Reg. 11. 3. His itaque copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore &c. 214. B
3. Reg. 19. 4. Petiuit animæ ſuæ vt moreretur. 128. D. 243. D

IOB.

Cap. 1. 21. Dominus dedit, Dominus abstulit &c. 136. C
Cap. 7. 1. Militia est vita hominis super terrã. 123. C
Cap. 8. 6. Iob vir simplex & rectus, ac timens Deum. 41. B
Cap. 10. 10. Nonne sicut lac mulsisti me? 136. D
Cap. 19. 21. Manus Domini tetigit me. 259. D
Cap. 25. 6. Homo putredo, & filius hominis vermis. 51. A
Cap. 31. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitatem quidem de virgine. 242. D
27. Locutum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam amore meo &c. 274. D
Cap. 40. 11. Fortitudo in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. 232. C
Cap. 42. 7. Non locuti estis rectum in conspectu meo, sicut seruus meus Iob. 41. A

PSALMI.

Psal. 3. 5. 6. Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui, & soporatus sum, & resurrexi. 167. A. C
Psal. 4. 9. In pace in idipsum dormiam, & requiescam 46. A

Scuto

Pſal. 5. 13. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. 135. A
Pſal. 6. 11. Erubeſcant omnes inimici mei &c. 274. D
Pſal. 7. 18. Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, & pſallā nomini Domini Altiſſimi. 6. A
Pſal. 8. 1. Domine Dominus noſter; quam admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra! 32. A
3. Ex ore infantium & lactētium perfeciſti laudem. 28. A
Pſal. 10. 17. Deſiderium pauperū exaudiuit Dominus: pręparationem cordis eorum audiuit auris tua. 20. C
Pſal. 11. 7. Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum. 50. D 284. D
26. Cum ſancto ſanctus eris, cum viro innocente innocens eris. 91. D
Pſal. 14. 4. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. 194. A
Pſal. 15. 10. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. 57. D
11. Adimplebis me lętitia cum vultu tuo 39. A
Pſal. 16, 8. Cuſtodi me Domine, vt pupillam oculi. 124. B
15. Satiabor cum apparuerit gloria tua. 46. A
Pſal. 17. 6. Dolores inferni circundederunt me. 283. D
28. Populum humilem ſaluum facies. 64. B 220. B
Pſal. 18, 6. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. 10. A 85. B

Iudi-

Psal. 33. 4. Magnificate Dominum mecũ,& exaltemus nomen eius in idipsum. 32. A
18. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos &c. 20. D
21. Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. 40. D
Psal. 34. 18. Confitebor tibi in Ecclesia magna. 204. D
Psal. 35. 7. Iudicia tua abyssus multa. 183. D
9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. 72. D
10. Quoniam apud te est fons vitæ. 150. B
Psal. 36. 6. Et educet quasi lumen iustitiam tuam &c. 45. D
24. Cum ceciderit, non collidetur; quia Dominus supponit manum suam. 259. D
Psal. 39. 4. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro. 7. D 13. C
Psal. 41. 3. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum 150. A
4. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? 176. A 264. D
Psal. 44. Titulus, pro Dilecto. 177. D
2. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. 7
3. Speciosus forma præ filijs hominum. 15. D 120. B. Diffusa est gratia in labijs tuis. 90. B

Dilexi-

Psal. 44. 8. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem &c. 33. C.
14. Omnis gloria eius filię regis abintus. 125. C
Psal. 45. 9. Qui posuit prodigia super terram, auferens bella &c. 10. A
Psal. 47. 5. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. 151. A
9. Sicut audiuimus, sic vidimus, in ciuitate Dei &c. 48. A
11. Secundum nomen tuum, sic & laus tua &c. 32. D
Psal. 48. 5. Mors depascet eos. 277. B
Psal. 49. 2. Operuit cælos gloria eius, laudis eius plena est terra &c. 112. D
Psal. 50. 6. Asperges me hyssopo, & mundabor &c. 143. C
Psal. 53. 1. Deus in nomine tuo saluum me fac. 32. D
Psal. 56. 2. Sub vmbra alarum tuarũ protege me. 68. B
Psal. 59. 3. Iratus es, & misertus es nobis, 24. B
5. Potasti nos vino compunctionis. 73. A 258. D. 265. C
Psal. 61. 12. Semel loquutus est Deus duo: hæc audiui &c. 290.
Psal. 62. 3. In terra deserta, inuia, & inaquosa. 266. A
4. Quoniam melior est misericordia tua super vitas. 23. C
Psal. 64. 10. Flumen Dei repletum est aquis. 187. C
Psal. 66. 8. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. 7. D

Sicut

Psal. 67. 3. Sicut deficit fumus, deficiant &c. 267. C
27. 3. In Ecclesijs benedicite Domino. 205. A
Psal. 72. 1. Quam bonus Israel Deus his, qui recto snnt corde! 41. A
7. Trāsijt quasi ex adipe iniquitas eorū. 270. D
22. Vt iumētū factus sū apud te, & ego semper tecū. Tenuisti dexteram meā &c. 144. D
26 Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei. 17. A
Psal. 74. 3 Latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. 278. A
9 Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Veruntamen fæx eius non est exinanita &c. 25. A. 247. B
Psal. 76. 4 Memor fui Dei, & delectatus sū &c. 77. A
Psal. 77. 24 Panem cæli dedit eis: panem Angelorum manducauit homo. 163. D
65 Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquā potens crapulatus à vino &c. 23. D
Psal. 78. 4 Facti sumus opprobriū vicinis nr̄is &c. 257 A
9 Propter gloriā nominis tui libera nos &c. 33. A
Psal. 79. 9. 10 Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gētes, & plantasti eam &c. 286. B
13. 15. 16 Vt quid destruxisti maceriem eius, & vindemiāt eā omnes, qui prætergrediū tur viā? Deū virtutū conuertere &c. 286. C. D
Psal. 80. 17 Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos, 162. A

Psal. 83. 3 Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! &c. 76. B
3 Cor meum, & caro mea, exultauerunt in Deum viuum. 38. C
Psal. 84. 1 Benedixisti Domine terram tuam. 65. C
11 Misericordia & Veritas obuiauerunt sibi &c. 67. D
13 Terra nostra dedit fructum suum 62. C
Psal, 86. 1 Fũdamẽta eius in mõtibus sanctis. 133. D
7 Sicut lætantium omnium habitatio est in te. 258. B
Psal. 88. 38 Sicut Luna perfecta in æternum. 216. C. 217. C.
Psal. 90. 11 Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te &c. 40. B. 287. B
15 Cũ ipso sum in tribulatione. 104. C. 122. D
Ps. 91. 10. 11 Quoniam ecce inimici tui, Domine, peribunt &c. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum &c. 23. C. 223. B
13 Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. 197. A
Psal. 95. 1 Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra &c. 10. D. 11. D
Psal. 97. 1 Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. 11. C.
3 Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. 12. A
4 Iubilate Deo omnis terra: cantate, exultate, & plaudite. 12. B

Tu au-

Psal. 101.28 Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. 179. B
Psal. 102. 3 Qui sanat omnes infirmitates nostras. 34. C
Psal. 103. 2 Amictus lumine sicut vestimento. 43. D
4 Qui facit angelos suos spiritus &c. 279. D
Psal. 104. 4 Quærite Dominũ, & cõfirmamini &c. 97. D
Psal. 109. 3 Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. 48. D
4 Secundũ ordinem Melchisedech. 57. A
Psal. 112. 3 A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini. 31. D.
9 Matrem filiorum lætantem. 258. A.
Psal. 113. 8 Similes illis fiant qui faciunt ea &c. 189. C
Psal. 115. 12 Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicẽ salutaris &c. 248. C
Psal. 118. 5 Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. 36. B
32 Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. 36. D
91 Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. 40. A
103 Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! 130. D
112 Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum &c. 41. C
130 Et intellectum dat paruulis. 28. A
Psal. 119. 1 Ad Dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. 20. D
5 Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus est. 45. B

Psal. 120. 5 Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus. 40. C
Psal. 121. 3 Hierusalé, quę ædificatur vt ciuitas. 239. D
Psal. 124. 1 Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion &c. 243. D
Psal. 131. 9 Sacerdotes tui induantur iustitiam. 146. C
13 Elegit eam Deus in habitationem sibi &c. 110. A. 292. A
Psal. 138. 16 Mirabilis facta est scientia tua ex me. 47. D
Psal. 141. 8 Educ de custodia animam meam. 45. C
Psal. 149. 6 Exaltationes Dei in gutture eorũ, 247. B
Psal. 150. 3 Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara. 12. B
4 Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo. 228. B

PROVERBIA.

Prou. 1. 24 25, 26 Quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum &c. Ego quoque in interitu vestro ridebo &c. 175. D
Prou. 2. 14 Lætantur cum malè fecerint 274. D
Prou. 3. 16 Longitudo dierum in dextera eius. 259. D
28 Ne dicas amico tuo: Vade, cras tibi dabo, cum statim possis dare. 234. A
32 Et cũ simplicibus sermocinatio eius. 27. D
Prou. 9. 1 Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum &c. 165. B
5 Si quis est paruulus, veniat ad me &c. Venite comedite panẽ meũ &c. 158. B

Circu-

Prou. 11. 22 Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua. 242. A
Prou. 16. 4 Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. 194. C.
Prou. 25. 1 Scrutator maiestatis opprimetur a gloria. 209. A
Prou. 27. 20 Infernus, & perditio, nũquã implẽtur. 273. D
Prou. 30. 16 Tria sunt insaturabilia, & quartum, quod nunquam dicit, sufficit &c. 273. D
Prou. 31. 25 Fortitudo & decor indumentũ eius. 146. C

SAPIENTIA.

Sap. 3. 2 Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. 168. B
6 Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus. 180. C
Sap. 4. 11. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius &c. 290. D
Sap. 7. 16 Candor est lucis æternæ. 178. B.
Sap. 9. 15 Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam &c. 168. D.

ECCLESIASTICVS.

Eccl. 2. 1 Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore &c. 288. D
Eccl. 8. 1 Sapiẽtia hominis lucet in vultu eius. 188. C
Eccl. 11. 4 Mirabilia opera Altissimi, & gloriosa, & abscondita, & inuisa opera illius 193. D
14 Bona et mala, vita & mors, paupertas, & honestas, à Deo sunt. 269. B
Eccl. 12. 6 Benefac iusto, & inuenies retributionem &c. 139. C

Eccl. 14 16 Da,& accipe,& iustifica animã tuã.139. D
Eccl. 17. 12 Vnicuique mandauit Deus de proximo suo 40. B
Eccl. 18. 16 Nonne ardorem refrigerabit ros? 172. C
18 Et intellexi quod omniũ operũ Dei nullam possit homo inuenire rationẽ &c. 193.D
Eccl. 24. 12. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo &c. 109. D
17 Quasi cedrus exaltata sum in Libano &c. 57. D. 197. A
20 Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans &c. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. 30. D. 54. C
23. Quasi vitis fructificaui &c. 54. C. 232. D Flores mei, fructus honoris & honestatis 77. C
26 Ego mater pulchræ dilectionis &c. Et à generationibus meis implemini. 232. A
Eccl. 39. 18 Quasi Libanus odorem suauitatis habete. 241. C
Eccl. 45. 14 Corona aurea super caput eius &c. 131. D

ISAIAS.

Isa. 1. 24 Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. 24. C
Isa. 3. 9 Et peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt. 275. A
Isa. 4. 1 Apprehendent septem mulieres virum vnũ &c. 257. B
Isa. 5. 7 Vinea Domini exercituum Domus Israel est. 121. C

Væ

Isa. 5. 20 Væ qui dicitis Bonum Malum, & Malum Bonum, 270. C
Isa. 6. 2 Seraphim super illud. 126. A
Isa. 7. 14 Ecce virgo concipiet, & pariet filium. 11. A. 12. D. 269. D
Isa. 8. 4 Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci &c. 91. C
Isa. 9. 3 Sicut exultant victores, capta præda, quando diuidunt spolia. 228. B
Isa. 11. 1 Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. 48. D. 62. A
2 Requiescet super eũ Spiritus Domini. 110. A
Isa. 16. 4 Pręparabitur in misericordia soliũ eius. 111. B
Isa. 25. 6 Faciet Dominus in monte Sion conuiuium pinguium &c. 162. B
Isa. 28. 21 Vt faciat opus suum, alienum opus suum &c. 24. A
Isa. 35. 2 Gloria Libani data est ei, & decor Carmeli: ipsi videbunt gloriam Domini. 196. C. 243. D
Isa. 40. 1 Consolamini, consolamini, popule meus &c. 141. D
31 Qui sperant in Domino, current, & non laborabunt &c. 37. B
Isa. 43. 24 Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. 110. B
Isa. 45. 8 Rorate cæli desuper &c. 220. C
Isa. 50. 6 Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. 272. A

Ipse

Isa. 52. 5 Ipse autem vulneratus est propter scelera nostra: cuius liuore sanati sumus. 144. A
Isa. 53. 1 Quis credidit auditui nostro? &c. Non est species, neque decor: & vidi eum, & non erat aspectus &c. 183. A
7 Oblatus est quia ipse voluit. 18. B. 113. C. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum. 114. C
11 Tradidit in mortem animam suam. 272. A
12 Et cum sceleratis reputatus est. 189. C
Isa. 55. 1 Omnes sitientes venite ad aquas. Qui non habetis argentum, properate, emite &c. 163. A. 235. D
6 Quærite Dominũ, dũ inueniri potest &c. 97. C
7 Derelinquat impius viam suam &c. 136. B
12 Quia in lætitia ingredimini, in pace ducemini: montes, & colles cantabunt coram vobis laudem. 290. C
Isa. 58. 11 Et eris quasi hortus irriguus, & fons aquarum &c. 150. C
Isa. 59. 11 Quasi columbæ meditantes gemimus. 124. C
Isa. 60. 1 Surge, illuminare Hierusalem &c. 68. D
Isa. 61. 5 Dabo coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu &c. 161. D.
Isa. 63. 1 Quis est iste, qui venit de dom, &c. Iste formosus in stola sua. 55. D
2 Quare ergo rubrũ est vestimẽtũ tuũ? 178. C
Isa. 65. 24 Et erit, ante quã clamẽt, ego exaudiã eos. 20 D
Isa. 66. 9 Nũquid ego, qui alios parere faciam, ipse non pariam? &c. 28. B

IE-

IEREMIAS.

Ier. 1. 14 Ab Aquilone pandetur omne malum. 151. C. 278. A
24 Antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedit te. 83. D
Ier. 3. 1 Fornicata es cum amatoribus multis: reuertere ad me, &c. 142. A
Ier. 4. 1 Quomodo obscuratum est aurum, & mutatus est color optimus! 182. C
Ier. 9. 1 Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? 150. A
Ier. 31. 12 Eritque anima eorum quasi hortus irriguus &c. 150. C
15 Vox in Rhama audita est, ploratus & vlulatus multus &c. 87. A
22 Creauit Dominus nouum super terram: Mulier circundabit virum. 11. A
40 Charitate perpetua dilexi te &c. 37. B
Thren. 1. 1 Ciuitas plena Populo. 286. A
12 O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte &c 183. B
Thren. 4. 7 Nazareni candidiores niue, rubicundiores ebore antiquo &c. 193. B.
4 Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. 129. A
8 Denigrata est super carbones facies eorum &c. 182. C

EZECHIEL. DANIEL.

Ezech. 13. 4 Effūdā super vos aquā mūdā, & mūdabimini &c. 150. B

Zach. 13. 7 Percutiam pastores, & dispergentur oues. 206. B
Malach. 1. 6 Si ego Dominus, vbi est timor meus? &c. 188. D
2. 7 Labia Sacerdotum custodiunt sciẽtiam &c. 204. C
4. 2 Sol iustitiæ Christus. 97. C

EX TESTAMENTO NOVO.

MATTHÆVS.

Matth. 1. 1 Liber generationis Iesu Christi filij Dauid &c. 153. D
21 Et vocabis nomen eius Iesum &c. 31. C. 32. C.
Matth. 2. 6 Et tu Bethlehem terra Iuda. 86. C
8 Ite, & interrogate diligenter de puero &c. 88. B. 91. A
11 Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria Matre eius. 95. C
13 Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: surge, & accipe puerum &c. 89. A
16 Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde. 88. C. Et mittens occidit multos pueros &c. 87. B
21 Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius &c. 92. C
Matth. 3. 17 Hic est Filius meus dilectus. 177. D. 217. B
Matth. 5. 5 Beati qui lugent &c. 185, C

Matth. 5. 9 Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur 228. D
Matth. 6. 16 Receperunt mercedem suam. 215. C
22 Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit &c. 125. B
28 Considerate lilia agri &c. 65. C.
Matth. 7. 8 Omnis, qui petit, accipit &c. 21. B. 95. C.
18 Non potest arbor bona malos fructus facere &c. 267. D
Matth. 8. 20 Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos &c. 115. A
Matth. 9. 13 Non veni vocare iustos, sed peccatores. 141. B
Matt. 10. 16 Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 124. C. 185. D
28 Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus &c. 127. B
Matt. 11. 11 Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. 84. D
12 Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 134. D. 228. C
28 Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. 141. C
Matt. 12. 33 Os loquitur ex abundantia cordis. 146. D.
42 Ecce plus quàm Salomon hic. 214. B
50 Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est &c. 170. D. 255. D
Matt. 13. 30 Triticum autem congregate in horreum meum. 121. D

Omnis

Matt. 13. 52 Omnis scriba doctus in regno cælorum similis est patrifamilias &c. 251. B
Matt. 16. 26 Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur &c. 74. A
Matt. 17. 2 Resplenduit facies eius sicut sol. 55. D
Matt. 19. 17 Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 36. D
21 Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. 240. C.
29 Centuplum accipiet. 235. C
Matt. 20. 22 Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? 247. B
Matt. 21. 22 Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis &c. 21. B.
33 Homo quidam plantauit vineam &c. 121. B
Matt. 22. 24 Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Accipite, & bibite &c. 161. A
37 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. 73. D. 234. C
40 In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ. 6. D. 258. D
Matt. 24. 15 Cum videritis abominationem desolationis &c. 250. C. 290. D
19 Væ autem prægnantibus, & nutrientibus, in illis diebus. 291. C
20 Orate autem, vt non fiat fuga vestra hyeme, vel Sabbato. 291. C
21 Erit tunc tribulatio magna, qualis ab initio mũdi non fuit vsque modo &c. 254. B
22 Nisi breuiati fuisset dies illius, non fieret salua omnis caro. 290. D

Ita

Matt. 24. 24 Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi. 281. C. 282. D
31 Et congregabunt electos eius à quatuor vẽtis &c. 222. B
32 Cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. 251. A
35 Cælum, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. 13. A
Matt. 25. 12 Nescio vos. 221. A
35 Esuriui, & dedistis mihi manducare. 137. A
40 Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. 235. C. 240. A
Matt. 26. 28 Sustinete hic, & vigilate mecum. 106. C
41 Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. 106. D
Matt. 27. 25 Sanguis eius super nos, & super filios nostros. 268. D
34 Cum gustasset, noluit bibere. 114. D
46 Circa horam nonam clamauit Iesus voce magna. 167. B
47 Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. 167. C
54 Vere Filius Dei orat iste. 22. C

MARCVS.

Marci 2. 12 Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam &c. 193. B
6. 6 Circuibat castella in circuitu, docens. 192. D
Marci 7. 35 Ephphera, quod est, Adaperire &c. 193. B
Marci 11. 24 Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis &c. 21. B
De-

Marci 15. 32 Descendat de Cruce. 202. A
46 Ioseph autem deponens eum, inuoluit sindone &c. 202. B

LVCAS.

Lucę 1. 15 Spiritu sancto replebitur ex vtero matris suæ. 84. B
26 Missus est Gabriel Angelus ad Mariam, &c. 148. B
28 Aue gratia plena, Dominus tecum. 18. C. 19. D
31 Ecce concipies in vtero, & paries Filium, &c. 50
32 Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur &c. 22. B
35 Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. 9. D. 62. C 68. D. 148. B
37 Non erit impossibile apud Deum omne verbum. 22. B
38 Ecce Ancilla Domini: fiat mihi secundũ verbum tuum. 50. C. 51. D
39 Exurgens autem Maria, abijt in montana cum festinatione. 80. A. D
40 Intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. 81. A
44 Ecce enim vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis &c. 81. B. 83. D
45 Beata, quæ credidisti. 144. C
49 Fecit in me magna, qui potens est. 22. B. 31. C

Et

Luc. 14 26 Si quis venit ad me, & non odit patrem suum &c. 240. C
28 Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus &c. 240. D
Luc. 15 27 Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente. 143. B
Luc. 18. 19 Nemo bonus, nisi solus Deus. 180. B
32 Ecce ascendimus Hierosolymā, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Tradetur enim gentibus &c. 172. D
Luc. 19. 41. Videns ciuitatem fleuit super illam 185. B
Luc. 21. 18. Trademini autem à parentibus, & fratribus &c. Et capillus de capite vestro non peribit. 127. C
Luc. 22. 5 Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum. 161. C
36 Vendat tunicam suam, & emat gladium. 169. C
44 Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. 171. B
Luc. 23. 34 Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. 111. D
Luc. 24. 17. Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem, &c. 191. A
32 Nonne cor nostrum ardens erat in nobis &c. 192.

37 Existimabant se spiritum videre, &c. 174. C

Luc. 24. 39 Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet &c. 205. D

Luc. 27. 34 Date, & dabitur vobis. 268. D

IOANNES.

Ioan. 1. 1 In principio erat verbum&c. 179. D. 256. B

4 In ipso vita erat. 17. A

9 Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hanc mundum 69. A

11 In propria venit. 85. A

14 Et verbum caro factum est. 25. A. 67. B. 148. C. 256. B

Ioan. 3. 18 Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. 31. B.

5 Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. 258. A

Ioan. 3. 16 Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret 18. B. 115. D

Ioan. 4. 20 Diliges Dominum Deum tuum: hoc est maximum, & primum mandatum &c. 137. D

32 Rabbi manduca &c. Cibum habeo manducare &c. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. 205. B

Ioan. 5. 4 Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. 181. D

Hæc

Ioan. 6. 40 Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me, &c. 205. A
Ioan. 6. 42 Ego sũ panis viuus, qui de cęlo descẽdi 263 B
Ioan. 6. 44 Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. 37. A
56 Caro mea vere est cibus &c. Qui manducat meam carnem &c. 161. A. 164. C
57 Qui manducat meam carnem &c. 206. C. 249. B. 262. D 264. C
59 Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. 162. B
Ioan. 7. 38 Qui credit in me ; flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. 150. C. 187. C
Ioan. 8. 12 Ego sum lux mundi. 172. B
23 Vos de deorsũ estis, ego de supernis sũ 181 D
25 Ego principium, qui & loquor vobis 180 A
46 Quis ex vobis arguet me de peccato? 42. C
Ioan. 9. 4 Venit nox, quando nemo potest operari. 97. A
Ioan. 10. 11 Ego sum pastor bonus &c. Alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili &c. Erit vnum ouile, & vnus pastor. 121. D. 210. B
17 Nemo tollit animam meam à me: sed ego potestatẽ habeo ponendi eam &c. 140. C
Ioan. 11. 34 Infremuit spiritu, turbauit semetipsum, & lacrymatus est Iesus 185. B
44 Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus. 193. C

Ioan. 12. 3 Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi &c. 51. D
24 Nisi granum frumenti cadens in terrã mortuum fuerit. &c. 122. B. 157. B
Ioan. 12. 32 Omnia traham ad me ipsum. 37. A
Ioan. 13. 1 Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. 157. D. 247. D. 264. C
Ioan. 14. 2 In domo Patris mei mansiones multę sunt. 74. B. 257. D
23 Si quis diligit me, sermonem meum seruabit &c. 46. D
27 Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. 8. B
Ioan. 15. 1 Ego sum vitis vera &c. 34. B. 86. D. 121. C. 160. D. 288. A
5 Sine me nihil potestis facere. 36. B. 157. A. 249. C
12 Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem &c. 246. C
13. 14. 15 Vos amici mei estis &c. Iam non dicam vos seruos &c. 170. C. 197. C. Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. 126. A
16 Elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis &c. 287. B
26 Cum assumptus fuero, mittam vobis Spiritum veritatis. 151. A

Ioan. 16. 2 Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. 176. C

20 Tristitia vestra vertetur in gaudium. 42. D. 124. C

32 Venit hora, vt dispergamini vnusquisque in propria. 206. B

Ioan. 17. 21 Rogo vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me &c. 164. D. 263. A

Ioan. 18. 1 Vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius. 166. C

11 Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? 247. B. 265. C

Ioan. 19. 30 Inclinato capite tradidit spiritum. 115. B

33 Non fregerunt eius crura. 196. C

40 Venit autem Nicodemus ferens mistura m myrrhæ &c. Acceperunt ergo corpus Iesu &c. 202. D

Ioan. 20. 5 Viderunt linteamina posita. 167. D

24 Thomas autem vnus ex duodecim, nō erat cum eis. &c. 169. D

25 Nisi videro in manibus eius figurā clauorum &c. non credam. 170. B

26 Infer digitum tuum huc, & affer manum tuam, & mitte in latus meum. 173. B

29 Beati qui nō viderūt, & crediderunt. 27. C

Ioan. 21. 25 Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus &c. 192. D.

ACTVS

ACTVS APOSTOLORVM.

Act. 1. 3 Per dies quadraginta apparens eis. 205.D
Act. 2. 2 Factus est repente de cælo sonus &c. 150.D
Act. 4. 27 Conuenerunt in Ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum &c. 111. D
32 Multitudinis autem credentium cor vnum, & anima vna, &c. 121. A. 240. A. 194. D
Act. 5. 15 Vt saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum &c. 68. B
Act. 5. 41 Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij &c. 31. D. 251. C
Act. 13. 46 Contradicebant ijs, quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes &c. 221. A

EPISTOLÆ PAVLI.

Rom. 1. 20 Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur. 47. D
Rom. 2. 2 An diuitias bonitatis eius, & longanimitatis, contemnitis? 136. A
Rom. 5. 5 Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. 31.B
10 Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Dei per mortẽ Filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. 271.C

Vbi

20 Vbi abundauit delictum, superabundauit etiam & gratia. 124. C

Rom. 8. 3 In similitudinem carnis peccati. 42. C. 63. C 80. D. 138. B

19 Prædestinauit nos conformes fieri imaginis Filij sui 63. C

23 Nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus. 124. D

26 Quid oremus sicut oportet, nescimus 289. C

28 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. 148. D

29 Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. 255. D

35 Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio? an angustia &c. 259. A. 273. C. 279. A

Rom. 9. 3 Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. 74. C. 221. B

15 Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona! 229. A

Rom. 10. 27 Fides ex auditu: auditus autem per verbum Dei. 50. B. 230. D

Rom. 11. 33 O altitudo diuitiarum Sapientiæ & Scientiæ Dei! 114. B. 184. D

Rom. 12. 1 Obsecro vos fratres per misericordiam Dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem &c. 249. A

Sicut

4 Sicut enim in vno corpore multa membra habemus &c. 123. D. 238. D
12 Spe gaudentes, in tribulatione patientes: 42. D
1.Cor. 1. 27 Quę stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia &c. 267. B
1.Cor. 3. 2 Lac vobis potum dedi, non escam. 250. A
7 Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat &c. 152. A. 287. B
1.Cor. 4. 7 Quid habes, quod non accepisti? 267. B
10 Nos stulti propter Christum, nos infirmi, nos ignobiles. 267. B
2.Cor. 5. 14 Charitas Dei vrget nos. 145. D
1.Cor. 6. 18 Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. 34. D
1.Cor. 7. 34 Mulier innupta cogitat, quæ Domini sunt vt sit sancta corpore & spiritu. 33. C. 131. B
1.Cor. 10. 4 Petra autem erat Christus. 90. A. 237. D
11 Omnia in figura contingebant illis. 8. C
13 Et faciet cum tentatione prouentum. 289. A
1.Cor. 11. 24 Qui pridie quam pateretur &c. Accepit panem &c. Accipite, & manducate. Hoc est Corpus meum. 158. A. D. 159. B
1.Cor. 12. 21 Multa quidem sunt membra, vnum autem corpus &c. 233. C

Si lin-

1.Cor. 13. 1 Si linguis hominum loquar,& Angelorum &c. 280. C
4 Charitas patiens eſt, benigna eſt &c. 148. D. 151 C
8 Charitas nunquam excidit &c. 96. B. 276. A
1.Cor. 15. 10 Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. 36. C
25 Omnes in Adam peccauerunt &c. 271. A
55 Abſorpta eſt mors in victoria &c. 276. D
2.Cor. 3. 5 Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis &c. 151. D
2.Cor. 5. 1 Scimus quod ſi terrena domus noſtræ huius habitationis diſſoluetur &c. 57. A
2.Cor. 6. 2 Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. 97. C
2.Cor. 7. 4 Superabundo gaudio in omni tribulatione. 165. B. 166. D
2.Cor. 8. 1 Charitas vero ædificat. 151. C
2. Cor. 11. 2 Vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. 33. C
29 Quis infirmatur, & ego non infirmor? 130. B
2.Cor. 12. 1 Raptus ſum vſque ad tertium cælum, &c. 77. D
7 Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. 290. A
Gal. 2. 20 Viuo ego, iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. 276. C

Gal, 4. 4 At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. 86. C. 116. D
26 Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. 258. A
Gal. 6. 1 In spiritu lenitatis. 130. D
14 Absit mihi gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. 112. C
16 Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo 275. D
Ephes. 2. 4 Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos &c. 48. B
14 Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum &c. 8. A. 112. A. 218. A
Ephes. 3. 18 Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo &c. 114. B
Ephes. 5. 1 Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione &c. 248. D
18 Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. 73. B
23 Caput Ecclesiæ Christus: caput autem Christi Deus. 132. B. 180. A
Ephes. 6. 13 Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo &c. 228. D
Philipp. 1. 23 Cupio dissolui, & esse cum Christo; 76. D
Philipp. 2. 7 Semetipsum exinaniuit. 31. B
8 Humiliauit semetipsum, factus obedien vsque ad mortem &c. 159. C

Vt in

Philip. 2. 10 Vt in nomine Iesu omne genu flectatur &c. 32. B
23 Cupio dissolui, & esse cum Christo. 45. B
Philip. 3. 8 Omnia arbitratus sum, vt stercora &c. 280. C
Coloss. 2. 3 In quo sunt omnes thesauri Sapientiæ, & Scientiæ Dei absconditi. 180. C. 258. C
9 In ipso inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. 180. D
20 Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. 8. B. 112. A
Coloss. 3. 1 Quæ sursum sunt, quærite &c. 181. C
1. Thess. 4. 12 Fratres, nolite ignorare de dormientibus. 168. A
1. Thessal. 5. 3 Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. 291. B
2. Thess. 2. 10 Ideo mittet illis Dominus operationem erroris, vt credant mendacio &c. 284. A
1. Timoth. 5. 17. Qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni debeantur &c. 288. C
2. Timoth. 2. 5 Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. 123. C
Hebr. 2. 14 Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem. 161. C

Hebr. 2. 16 Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. 257.C

Hebr. 4. 2 Viuus est sermo Dei, & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti. 111. A

Hebr. 10. 5 Ingrediens mundum, dicit: Hostiam, & oblationem noluisti &c. 52. D

32 Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum &c. 176. C

37 Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis: in solitudinibus errantes, &c. 126. C

Hebr. 11. 1 Fides autem est substantia sperandarum rerum &c. 208. D

Hebr. 12. 2 Proposito sibi gaudio sustinuit crucē. 87.D

24 Deus noster ignis consumens est. 279. D

Hebr. 13. 17 Obedite prępositis vestris, & subiacete eis: Ipsi enim peruigilant &c. 125. B. 185. D. 238. A

EPISTOLÆ IACOBI, PETRI, ET IOANNIS.

Iac. 1. 17 Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est &c. 180. B. 194. A

1. Pet. 1. 5 Qui in virtute Dei custodimini per fidem paratam reuelari in tempore nouissimo &c. 244. C

Quasi

1.Pet. 2. 2 Quasi modo geniti infantes &c. 27. D. 165. C

5 Ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis. 240. A

1.Pet. 4. 8 Charitas operit multitudinem peccatorum. 129. C

1.Pet. 5. 9 Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente &c. 210. D

2.Pet. 1. 4 Vt per hanc efficiamini diuinæ consortes naturæ. 133. A

14 Certus quod velox est depositio tabernaculi mei. 43. B

2.Pet. 3. 10 Adueniet autem dies Domini vt fur. 291. B

1.Ioan. 1. 1 Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt &c. 174. D

5 Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. 69. A

1.Ioan. 3. 2 Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. 63. B

1.Ioan. 4. 16 Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet &c. 46. C. 249. B

18 Perfecta charitas foras mittit timorem. 276. A

APOCALYPSIS.

Apoc. 1. 5. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo 178. C. 186. D

Apoc. 1. 8 Ego ſum alpha & omega, principium, & finis. 179. D
14 Caput autem eius, & capilli, erant candidi tanquam lana alba &c. 179. A
Apoc 3. 3 Veniam ad te tanquam fur: & neſcies qua hora veniam ad te. 291. B
12 Qui vicerit, faciam illum columnam meã in templo meo &c. 195. D
16 Et faciet omnes puſillos & magnos, diuite & pauperes, liberos & ſeruos, habere caracterem in dextera manu ſua, aut in frontibus ſuis &c. 274. A
18 Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, vt diues fias. 180. C
20 Ecce ſto ad oſtium, & pulſo. Si quis audierit vocem meam &c. intrabo ad illum, & cœnabo cum illo &c. 170. C. 206. C
Apoc. 5. 8 Habentes ſinguli phialas aureas plenas odoramentorum &c. 204. A
Apo. 7. 13. 14 Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt, & vnde venerunt? Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas &c. 123. A. 187. A
Apoc. 8 4 Aſcendit fumus aromatum in conſpectu Dei de manu Angeli. 204. B
Apoc. 12. 6 Et muler fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum præparatum a Deo. 250. D

Et da-

Apoc.13. 15 Et datum eſt illi vt daret ſpiritum imagini beſtiæ, & vt loquatur imago beſtiæ. 283. C
Apoc.14. 6 Vt requieſcant a laboribus ſuis. 168. A
10 Bibet de vino Iræ Dei, quod mixtum eſt mero in calice Iræ ipſius 25. B
Apoc.17. 6 Et vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum &c. 248. A
15 Aquæ, quas vidiſti, populi ſunt, & gentes. 186. C
Apoc.18. 1 Poſt hæc vidi alium Angelum deſcendentem de cœlo, habentem poteſtatem magnam: & terra illuminata eſt a gloria eius. 245. A
Apoc.21. 2 Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam 11. B
10. Duxit me Angelus in montem magnum valde & altum &c, 291. D



INDEX



INDEX RERVM.

A



ABVSVS exemplificatur in corpore humano; pag. 269. B

Adæ lapſus, 25. C

Adam, & Eua, filij terræ. 44 B. Eorum inobedientia. 44. C

Adam in eſu pomi furtum commiſit. 67. A

Adoleſcentulæ, in Canticis, ſunt Chriſtifideles, humiles, & caſti. 33. C

Æmulatio aduerſatur Inferno. 277. A

Æternæ res nunquam ſeneſcunt. 11. D

Ager, id eſt, Vrbs. 250. C

Agonizatio animæ deſcripta in Canticis. 265. B

Aminadab quomodo populum Hebraicum indicet. 221. C

Amor Chriſti & Eccleſiæ ſimiles inter ſe ſunt. 246. A

Amor perfectus erga Deum, quatuor habet qualitates. 273. A

Angeli ſunt Cuſtodes inuiſibiles vineę Canticorum. 287. A

Anima diuinæ vocationi non obtemperans, difficilè inuenit Dominum, 107. A

Antichriſtus deſcriptus in Apocalyp. ſub forma Meretricis. 248. A

Antichriſtus oriundus de tribu Dan. 281. C. Quatuor medijs vtetur ad decipiendos homines: nempe Facundia contra tria Vota Religioſorum. 281. D. Liberalitate. 282. C. Prodigijs. 282. D. Minis. 283. D

Antichriſtus impudens facie reddet ſuos inuerecundos in peccando. 274. C. Suos Sectatores ſignabit in manu dextera, & in fronte. 274 A. Et quare 275 C

Antiphonæ O, quæ canuntur ante festum Natiuitatis Domini, quid sibi velint. 10. C
Apes symbolum virginitatis. 160. B. 270. A
Apostoli, Oculi Domini. 185. B. 186. B. Assimilati oculis columbarum. 124. C. In nocte Passionis, quare scandalizati. 106. C. Eorum confusio & timor in morte Domini. 172. A
Apostoli, Martyres &c. significati per Hortum in Canticis. 203. B. 206. A
Apostrophe B. Virginis ad Deum. 44. D
Aqua symbolum gratiæ Sancti Spiritus. 150. C
Aquę in sacris paginis, sunt Populi, & Gentes. 186. C
Aquæ multę, in Canticis, Antichristi persecutiones innuunt. 280. B
Aquilo, figura Inferni. 278. A
Arbor quædam bona, quędam mala. 267. D
Arbor scientiæ Boni & Mali, bona in se: mala propter abusum 269. A. Eius damna. 268. C
Arboris Mali, in Canticis, significatio duplex. 268. A
Aromata abundantiam virtutum significant. 291. D
Ascendere *de*, quomodo intelligendum. 126. D
Ascendere *per* desertū, & Ascendere *de* deserto, explicatur. 266. B
Assumptio humanę carnis promissa Abrahę a Deo. 10. B
Auctor libri Canticorum Salomon. 6. D. At instrumentalis: principalis verò, Spiritus sanctus. 7. C
Aures quare in Canticis non commendatæ a Sponso inter cætera membra Sponsæ. 230. C
Aurum significat Diuinitatem: Argentum, Humanitatem. 50. D
Aurum optimum designat humanitatem Christi: regiam eius dignitatem: & charitatem. 180. B

B

Balsami effectus. 34. C
Balsamum in vineis Engaddi ex paucis arboribus extrahitur. 54. A. D

Baptiſta in ventre matris loquitur 83. B. Vocatur in Canticis, Amica mea, Columba mea, Formoſa mea: & quare. 84. C
Bona omnia,& tẽporalia,& ſpiritualia,a Deo procedunt. 194. A
Bona temporalia aſſimilata mammillis. 136. C
Bona terreſtriã, charitati comparata, nihil valent. 280. C
Bonum ſeruatur à Deo in æternitate: Malum autem in præſenti vita. 269. C
Botrus indicat reſurrectionem Chriſti. 55. A
Botrus vineæ pro cibo & potu inſeruit. 245. D. Significat charitatem. 246. A
Brachium eſt ſedes operis. 272. D

C

CAlamitates, afflictiones &c. Mala videntur: ſunt tamen Bona, & vtilia. 270. C
Calceamenta, ſymbolum Humilitatis. 230. B.
Calceus animæ eſt corpus. 230. A
Calices ſacri ſignificati per phialas aureas Apocalypſis. 204. A
Caluini error aſtruentis,Fidem ſolam neceſſariã ad ſalutẽ. 36. D
Cantica quamplura in veteri Teſtamento. 8. C
Cantica,ſiue liber Canticorum, iuxta mentem S. Bernardi, & aliorum, tota ſpectat ad B.Virginem 236. C
Canticæ,ſiue Canticorum,verba ſunt metaphorica,nec per proprietatem ſunt intelligenda. 13. D
Canticorum liber diuino ſpiritu compoſitus. 4. B. Eius Auctor inſtrumentalis fuit Salomon, principalis autem Spiritus ſanctus. 7. B. A pace, & oſculo initium ſumit. 7. A. Loquitur de Chriſto, non de naturali Salomone. 8. A.
Canticum Canticorum eſt canticum nouum, quod ab homine expoſcebat Deus. 11. A. 13. C
Canticum, quid. 5. D
Canticum,& Pſalterium,à Dauid ſimul comprehenſa. 5. D
Canticum in Pſ. 95. ad Sanctiſs. Trinitatem directum. 10. D.
Capilli ſicut electæ Palmarum, ſunt cogitationes, & iudicia

Dei impenetrabilia. 183. D
Capilli significant cogitationes. 211. A
Caprea, symbolum Gratitudinis. 216. C. 211. D
Capreæ, ceruique camporum, in Canticis intelliguntur Electi Dei. 105. C
Capreарum tres proprietates. 211. C
Cardinales assimilati Purpuræ Regis vinctæ canalibus 244. A.
Carmelus, id est, scientia circumcisionis. 243. C
Catenarum S. Petri historia. 231. B
Cedar, filius Ismael. 43. A
Cedri qualitas. 57. C
Cedrus duplicis generis. 196. D
Cella vinaria Paradisum repræsentat. 72. C
Cellaria, à Cella. 38. A
Charitas Dei & Proximi, expressa per tigna cedrina, & laquearia cypressina. 57. D
Charitas beatæ Virginis. 75. A
Charitas conseruatur per internum amorem, & per externam operationem. 271. D. Morti aduersatur. 277. A. Quomodo similis Inferno. 277. D. Fortior est morte, & durior Inferno. 279. A. Assimilata officinæ aromatum. 145. B. Est odor. 146. A. Est vnguentum leniens per misericordiam nostros dolores. 146. B.
Charitatem habens, Deum habet in se. 46. C
Charitatis ordo, siue gradus, in quo consistat. 73. D
Christiani fiunt per baptismum membra Christi. 123. D. 238. D
Christiani primitiuæ Ecclesiæ quotidie cibo eucharistico reficiebantur. 166. B
Christianorum nascentis Ecclesiæ constantia & fortitudo in fidei defensione: item futurorum in fine Mundi. 195. C
Christianus quilibet parua est Ecclesia. 205. A
Christus vocatus Dilectus. 177. D
Christus natura diuina candidus: humana rubicundus 178. C. Quomodo dictus Melchisedech. 57. A. Quare dictus Lilium conuallium, non autem hortorum neque môtium. 62. B. 63. B. 64. B

64.B. 191.D. Salomon mysticus. 8.A. Est ipsamet pax. 8.A. Frater est noster per gratiam Incarnationis.255.C. Tres habuit coronas:carneã:spineã:aureã. 116.B.Eius gesta,ab incarnatione vsque ad vltimã cœnam indicata in Canticis.157.C
Christus non habuit vbi caput suum reclinaret; non autem vbi reclinaret corpus. 115.A.Eius Passio in Cãticis expressa 116.A Assimilata grano frumenti.158.B.159.D.166.C.In horto Getsemani figuratus in Cãticis. 166.C.Eius vulnera triplici in loco figurata in Canticis. 144.A.Morte nõ occubuit,sed amore. 276.C.Eius resurrectio indicata in Canticis.169.A.Ipsius resurgentis apparitio Apostolis per quadraginta dies 205. C. Dotes corporis sui gloriosi ostẽdit in tribus mõtibus. 140.D
Christus custos Ecclesiæ tã vniuersalis,quã particularis. 287.D
Christus, Ioseph, & B.Virgo, Lilia dicuntur 91. D. *Vide*, Humanitas Christi.
Cibus Sponsi Canticæ, qualis. 205. D
Circumcisio duplex : mentis , & corporis. 243. C
Cognitio creaturarum ducit nos ad cognitionem Dei. 47.C
Cognoscere, verbum, quid importet in sacra Scriptura. 69. D
Colloquiũ Christi cum Ecclesia in tribulatione posita. 288. C. 290. B
Colloquium inter Ecclesiam Catholicam,& Synagogam recèns conuersam. 284. C
Collum Sponsæ, in Canticis, Obedientiam significat. 144. C
Collum Virginitatem indicat. 49. C
Colũbę,in Cãticis,quomodo cũ Coruo cõcordare possint. 185.D
Comæ Capitis Sponsi, cur assimilatæ elatis palmarum. 180.D
Concubinæ Salomonis quid significent. 215. B
Confessores assimilati labijs. 130. B
ad Coniugium spiritale mystici Salomonis admittuntur quicũque volunt saluari. 214. B
Constantinus I. Imp. pacem Ecclesiæ restituit. 99. C. 121. A
Contemptus humanarum rerum per Crocum indicatur. 149. B
Cor est Sedes Amoris. 272. D

Cordis

Cordis munditia seruatur per custodiam oris. 147.
Crater tornatilis, Vmbilicus Virginis. 232. D
Crucis encomia. 112. B
Crux Christi significata per Palmam. 181. D. Assimilata Ferculo Salomonis. 111.B. Significata per Arborem scientiæ Boni & Mali. 268.A. 270. B
Currendum quomodo sit in via Domini. 37. A
Custodes visibiles vineæ, in Canticis, sunt Episcopi, & animarum rectores: inuisibiles autem, Angeli. 287. A
Cypressi præstantia. 57. C
Cyprus, Pulcher. 53. D

D

Dæmon proponit Malum sub nomine boni: Bonum autem sub nomine Mali. 269. C. 270. C
Dæmones indicati per filias Ierusalem. 260. C
Damascus, Potus sanguinis 241. C. Est symbolum peccati, & peccatoris. 241. D. 242. D
Dare Deo, est accipere. 264. B
Dauid psalmos scribebat, dictamine Spiritus sancti. 7. B
Deliciæ mundi assimilatæ Vino. 39. A.
Deliciæ, voluptates &c. reputantur Bona, & sunt Mala. 270. D
Deliciæ triplices: corporales: spirituales: cælestes 266. B
Deliciarum spiritualium & corporalium discrimen. 39. B
Dentes, in mystico corpore Christi, sunt Doctores, & Prædicatores. 128. D
Dentium sex conditiones. 130. A.
Deprecatio ad Iesum. 32. D
Descensus Sponsi in Canticis, quadruplex. 202. A
Desertum, in Canticis, est terra, & status miserabilis morientium. 265. A
Deus quomodo nos trahat. 37. A. Quomodo quærendus. 96. C. Quomodo diligendus. 41. C. Nunquam cogit, etiam quando imperat. 105. C. Quam sit pronus ad exaudiendas nostras orationes. 20. C. In actu puniendi vtitur misericordia. 24. B.
Dexte-

Dexteræ Dei triplex significatus. 259. C
Dies salutis, præsens dies. 97. B.
Dilectio Dei & Proximi explicata per duos hinnulos gemellos. 234. C
Dilectio est fortior Morte. 272. B. 275. C. Fortior Inferno. 276. A
Discipulis Emmaus proficiscentibus apparitio facta à Christo. 191. A
Diuinitas denotata per lumen. 69. A
Diuinitas & Humanitas indicatæ per duo Vbera Sponsi. 135. D
Diuinitas Christi expressa per Fauum mellis. 159. C. 161. D. & per Aurum optimum. 179. C
Doctores & Prędicatores verbi Dei debent esse fortes & debiles; & quomodo 129. C. Significati per Dentes. 128. D 212. C

E

ECclesia assimilata vineę: & grano sato in agro: & Ouili. 121. B
Ecclesia per Aream significata. 203. C. Assimilata Sponsæ Canticę. 207. D
Ecclesia Catholica assimilata Colūbę. 218. D. Eius laudes. 215. D
Ecclesia militans quare à Propheta non vocatur absolutè Ciuitas, sed vt Ciuitas. 239. D. Indicata in Apocalypsi per mulierem fugientem in solitudinem. 250. D
Ecclesia nascens, Areolæ assimilata. 203. D. Eius primitiuus status. 121. B
Ecclesia est vna. 204. D. Nigra, & formosa. 42. D. Tunc ditior, cùm persecutionibus vexatur. 122. C. Dealbatur sanguine Martyrum. 123. A. Constat ex iustis, & peccatoribus. 141. B
Ecclesia, & Dignitas pontificia, figurata in Canticis. 100. C
in Ecclesia primitiua omnia erant communia. 240. B
Ecclesiæ catholicę cura, tempore Antichristi, confirmandi in fide Iudæos conuersos. 284. C
Ecclesiæ primordia assimilata virgulæ fumi. 267. A
Ecclesiæ verba in Canticis, inuitantis Hebræos ad conuersionem. 222. D

Elephan-

Elephantes gestant turres in prœlijs. 237. C
Emissiones, siue immissiones, Paradisi tres: Gabrielis Archangeli: Spiritus sancti: Filij Dei. 148. B
Episcopi succedunt Apostolorum loco. 185. D. Dicuntur Oculi sicut Piscinæ in Hesebon. 238. A. Earum præstantia. 186. D
Equitatus Dei contra Pharaonem, qualis 48. C
Eua, quomodo violata sub arbore scientiæ Boni & Mali. 268. C Eius nomen mutatum in Aue. 18. C. 70. D. Eius lapsus reparatus per Virginem. 70. B
Eucharistia, Panis nominatur ab Ecclesia: & quare. 208. B. Est compendium Passionis Christi. 247. C. Extensio diuinæ Incarnationis. 262. C.
in Ecclesia persona humana vnitur Personæ Diuinę. 262. D
Eucharistię Sacramenti institutio figurata in Canticis. 159. D. 165. C
Eucharistię, & Osculi, comparatio inter se 264. B *Vide* Homo.
Exaudit Deus orationes nostras, non ad voluntatem, sed ad vtilitatem. 290. A

F

Femora Sponsę Canticę, sunt populi, Christianus, & Hebręus. 230. D
Fidei, & scientiæ humanæ discrimen. 26. D. 29. A
Fides assimilatur Vmbræ. 69. B
Fides Beatæ Virginis. 50. B
Flores Sponsi, & Sponsæ Canticæ, tres: puritatis in corde: veritatis in ore: sinceritatis in opere. 56. B
Flos, symbolum Virginitatis. 56. D. 77. C. Eius qualitates. 61. B
Fœtor, carnis peccata figurat. 30. C. 34. D.
Fons triplex: Deus: Baptismus: Fletus. 150. A
Fornicator quomodo peccet in corpus suum. 35. A
Frons & Vultus, Verecundię locus. 274. C
Fructus, symbolum Maternitatis. 56. D. 77. C
Fructus coronati quinam sint. 251. A
Fuga Dñi in Ægyptũ, eiusq; reditus, expressi in Cãticis. 89. A. 91. B

Gabrie.

G

Gabrielis Archangeli nuncium, & salutatio ad Mariam Virginem 18. B. 20. D. 37. C.
Galaad mons, arboribus,& præcipuè palmis,abundans. 128. C
Gaudium triplex: temporale: spirituale: cæleste. 38. B
Genarum triplex color. 188. C. Earum venustas. 49. B
in Genis tres partes sunt considerandę. 188. C
Germen triplex: fructiferum: pestiferum: salutiferum. 220. C
Granum frumenti, Passioni Christi assimilatum. 158. B
Gratiæ tres gradus collati S. Ioanni Baptistę. 84. D
Guttur Sponsæ, in Canticis, est vehemens desiderium patiendi pro Christo. 247. B

H

Hæresiarchæ breuiter perstringuntur. 135. B
Hebraicus populus quater inuitandus iterum ad Euãgelium suscipiendum 221. D
Herodes, cur in Canticis dicatur vulpes paruula. 90. D. Eius sæuities. 68. A. D
Hesebon,id est,circulus mœroris, applicatus Episcopis. 238. B
Hœdi,in Canticis assimilati vberibus Sponsæ,sųnt egentes charitatis corporalis & spiritualis. 138. D. 139. C. Cur in Canticis dicantur gemelli. 138. C. 139. A. Symbolum referunt Christi in sacratis speciebus. 211. B
Hœdus in sacris paginis peccatorem significat. 138. C
Hœdorum cum vberibus comparatio. 137. B
Homo in sumptione Eucharistiæ, Angelos antecellere videtur. 163. D
Hominis pręrogatiua inter cætera animalia. 39. C
Horti tres in Canticis: Virginis Vterus: Ecclesia: Anima sancta. 148. A
Horti Sponsi, quatuor: hortus conclusus: pomorum: aromatum: nucum. 202. B
Hortus conclusus, B. Virgo. 202. C
Hortus Pomorum, Ecclesia. 202. C

Hortus aromatum, sepultura Christi. 202. C
Hortus nucum, Synagoga. 219. C
Hostes tres Hominis, Caro: Mundus: Dæmon, quomodo superentur. 241. D
Humanitas denotata per Corpus opacum. 69. A
Humanitas, primaria Christi Sponsa: secũdaria, B. Virgo. 64. C. D
Humanitas Christi expressa in Canticis. 120. A. Nigra, sed formosa. 42. B. Assimilata Virgulæ fumi. 107. C. Significata per Lac. 159. C. Comparata Ebori. 195. A. Columbæ. 217. A. Figurata per Capillos. 180. D. Quomodo dicatur nigra sicut coruus. 183. C
Humanitas & Passio Christi, per vermẽ expressa in psalmis. 51. A
Humanitatis Christi laudes. 215. D
Humilitatis præstantia. 27. C
Hyacinthus triplex: flos: gemma: pharmacum. 194. A

I

IEsus in vtero adhuc Matris descriptus in Canticis. 82. B. Eius amissio per triduum, & inuentio in Templo, adumbrata in Canticis. 101. D. Quare remansit per triduum in Hierusalem relicta matre, & S. Ioseph 104. B
Iesum quęrere, meritum est: inuenire, pręmium. 105. A
Ignis charitatis, & ignis inferni differentiæ. 279. B
In prępositio, aliquando pro *Contra*. 48. C. 75. C
Incarnatio est operatio Dei ad extra. 16. A. Expressa per osculum oris. 5. B. 14. D. Maximum omnium Dei beneficiorũ. 6. B Indicata per lac ab Isaia. 28. B. Descripta à Sponsa in Canticis. 29. A. Indicata per Murenulas aureas vermiculatas argento. 50. D
Incarnatio Verbi, & Eucharistia, simul comparatę. 262. D
Innocentes Martires cur dicti Vineæ florentes. 88. A.
Innocentium Martyrum strages descripta in Canticis. 86. D
Inquiri quis potest per triplex caput. 96. A
S. Ioseph ab Angelo admonitus vt vadat in Ægyptum. 89. C

Iudæa idem ac Confeſſio. 250. D
Iudæorum principes aſſimilati nucibus. 219. D
Iudęorum conuerſio vaticinata in Canticis. 223. per tot.
Iudaica plebs aſſimilata pomis conuallium. 220. B
Iudaicus populus quater inuitandus iterum ad Euangelium suſcipiendum. 221. D
Iudicia Dei diuerſimodè oſtenduntur iuſtis, pœnitentibus, peccatoribus. 184. A. Aſſimilata folijs palmarum. 184. C
Iudicij dies tanquam fur adueniet 291. B
Iuramentum in Canticis, *Per capreas, ceruoſque camporum*, explicatur. 78. C
Iuſtitia expreſſa per Arundinem: item per Cedros. 149. C
Iuſtitiæ diuinæ & Miſericordiæ contentio ſuper Adę inobedientia. 67. B

L

LAbia Sponſi ſignificant Vetus & Nouo Teſtamentũ. 190. D
Lac eſt ſymbolum amoris ſpiritualis. 17. B. Et diuinæ miſericordiæ. 23. B
Lac & Vinum, quomodo inter ſe differant. 17. B. 26. D. 27. C
Lactis definitio. 163. B
Lætitia triplex: carnis: cordis: animę 117. A
Læuę Dei multiplex ſignificatus. 259. C
Lazarus quare tecta facie reuiuixit. 275. A
Lectulus quadruplex: fœtens fornicatorum: ornatus per Matrimonium: candidus puritatis: floridus virginitatis. 56. B
Lectulus Salomonis, id eſt, Eccleſia, ſecundum aliquos. 109. B
Lectulus Salomonis, Palatium Lateranenſe. 100. D
Leges, Naturalis, Moſaica, & Euangelica, quomodo inter ſe differant. 71. D
Libanus mons præſefert candorem, & caſtitatem. 241. B
Libidinoſus dicitur incircumciſus. 243. C
Lilij præſtantia. 63. C. 64. A
Lilium conuallium, ſymbolum Diuinitatis & Humanitatis ſimul. 61. B

Lilium inter ſpinas, Chriſti Humanitas. 64. D
Lilium, ſymbolum puritatis, & bonitatis. 139. C
Luteri error dicentis, Mandata diuina eſſe ſeruatu impoſſibilia. 36. C
Luxuria per viſum & oculos ortum ducit. 242. D

M

MAgi, qui adorauerunt Ieſum, dicti Flores in Canticis. 86. B. & Vineę florentes. 87. D
Magorum aduentus, & adoratio. 86. B
Mali punici qualitas. 213. B
Mammæ, ſymbolum Charitatis. 145. C
Mammillæ B. Virginis dictæ Turres. 237. A
Mandragora, id eſt, homines rudes & agreſtes. 250. B. Eius forma. 251. A
Manus, opera ſignificant. 274. A
Manus Domini, id eſt, poteſtas. 128. B
Manus noſtræ, tornatiles eſſe debent. 194. B
Manus tornatiles applicatæ manibus Chriſti in cruce fixis. 192. B. Significant miracula &c. à Chriſto perpetrata. 191. C. 193. C. Significant etiam Diuinitatem. 193. A
Maria Magdalene, & cæteræ Mariæ, aſſimilatę Genis in Canticis. 189. B
Maria Virgo Sponſa Dei. 9. D. Canticum nouum Deo canit, nomine totius generis humani. 12. D. Incarnationem Verbi expoſtulauit in Canticis. 14. B. 16. B. & cur ibi triplicatum oſculum expoſcit. 15. C. 16. B. 19. C
Maria Virgo Euæ non ſolum mutauit nomen, ſed etiam facta. 18. D. Quomodo nigra, & formoſa. 42. C. 43. D. Aſſimilata equitatui Dei contra Pharaonem. 48. D. Prima omnium mulierum Virginitatis votum emiſit. 66. A
Maria Virgo, lectulum Salomonis cęleſtis. 109. C. Aſſimilata collo Sponſę Canticæ 132. B. Turri Dauid. 133. C. & Columbę. 217. D. Vocata Turris, & quare. 236. D. Dicta Collum. ibid.

ibid. Eſt ciuitas Regis magni. 278.A. Regina Martyrum vocatur.278.B.Laudata inCanticis 120.B.Quare turbata in ſermone Gabrielis Archangeli. 21 C.Quare ab Angelo dicatur Benedicta in mulieribus. 65. B. Adhuc viuens multoties ad diuinam viſionem elata. 37. D
Mariȩ virginis ſponſalia indicata a Dauid. 10. A
Mariȩ Virginis diſcrimen ab alijs fæminis. 65. A
Mariæ Virginis laudes. 215. D. 217. C. Pulchritudo. 134. D. Fœcunditas indicata in Canticis per iuncturam femorum Sponſæ 231. D
Martyres aſſimilati Capillis. 125.D. 127. D.& Capreis.126.B
Martyres tempore Antichriſti. 248. & 249.
Maternitas quadruplex: naturæ: gratiæ: miſericordiæ:gloriæ. 257. D.
Matrimonium triplex: initiatum: perfectũ: conſũmatũ. 116.C
Miſericordia Dei triplex: ſpecioſa: ſpatioſa: precioſa. 25. A
Miſericordiæ opera ante originale peccatum non exiſtebant in mundo. 138. D
Miſericordiæ opera exercentes, lilijs aſſimilati. 234. B
Montis Libani præſtantia. 196. C
Mons eſt porta egreſſus ex hac vita, & ingreſſus ad aliam vitam. 251. D. Adueniet vt fur. 291. A
Mors Iuſtorum, ſomnus & quies. 168. A
Mors & Dæmon, à Chriſto in triumphum ducti. 276. D
in Morte corpus dormit, anima vigilat. 168. D
Mortis & ſomni diſcrimen. 168. B
Murenulæ aureȩ, ornamenta aurium. 50. B
Muſtum malorum granatorum eſt ardens deſiderium moriendi pro Fide. 261. D
Myrrha, ſymbolum Humanitatis. 161. D. Triplex: prima: confecta aceto & felle: electa. 190. C. Ter a Chriſto accepta. 52. C. Indicat totius vitæ Chriſti curſum. 53. Indicat eiuſdem Paſſionem. 55. A
Myrrhæ & Balſami præſtantia & effectus. 54. C.

Myrrhæ mons, Caluariæ montem significat. 140. B

N

Nardus quomodo applicetur ad B. Virginem. 51. D
Nasi præstantia, & operationes. 239. A
Nasus, symbolum Castitatis. 242. B. Proportionem aliquam habet cum Turri. 240. B
Nigredo, quid. 42. A. Triplex: peccati: afflictionis: humilitatis. 182. D
Nominis Iesu laudes. 31. C
Nox ignauiam significat, peccatum, & mortem. 97. A
Nuces, Iudæorum principes significant. 219. D. Earũ qualitas. ib.
Nuptiæ triplices: Christi cum Natura humana: Dei cum B. Virgine: Christi cum Gentilibus. 9. B

O

Obedientia indicata per Collum Sponsæ. 144. C
Oculi, in corpore mystico Christi, sunt Apostoli, & Sacerdotes. 124. A
Oculi Sponsi cur assimilati Columbis. 185. A. 186. A
Odium Dei quomodo Aquæ assimiletur. 279. D
Odor vestimentorum virtutes significat, præsertim Iustitiam, &c. 146. C
Odores boni, & Vnguenta in Scriptura sacra, sunt Puritas, Castitas, Virginitas. 30. B. 34. D
Olei effectus. 34. B
Oleum effusum, Christus Dominus. 31. B
Oleum virgineũ, mixtũ aromatibus, ardebat in synagoga. 30. C
Operandi modus in homine, duplex: internus: externus. 47. A
Operum spiritualium fructus. 249. D
Oratio dominicalis, dicta Breuiarium Euangelij. 21. A
Orationes Sacerdotum, sunt aromata. 204. C
Originalis peccati macula à B. Virgine declinatur. 65. D
Os osculans, in diuinis, distinguitur realiter ab osculato, & osculo. 4. C
Oscula, in Canticis, sunt insontia, casta, & pura. 29. C

Osculari, in Cãticis, dicitur metaphoricè per similitudinẽ. 14. A
Osculum, pacis signum. 7. A
Osculum oris, gustum designat, 274. A
Osculum triplicatum, vide Maria virgo.
Ostium in Canticis, duplex. 285. B

P

PAlma, martyrij & Crucis symbolum, 245. D
Paradisus terrestris, dictus vinea in Canticis. 44. B
Paradisus, siue Cælũ empyreũ, Domus Sponsi in Canticis. 46. B
Passio Christi expressa in Salomone. 116. A. Expressa in Canticis. 140. B. Assimilata Vino. 247. B. Nuncupata Calix. 265. B
Passio & mors Christi, quomodo somnus & quies. 166. D
Pastores animarum, & populorum rectores assimilati Naso, in Canticis. 239. B. 243. A
s. Pauli conturbatio propter peruicaciam Iudæorum. 221. B
Pauli & Barnabæ frustranea prędicatio ad Hebræos. 220. A
Paulus quomodo optabat esse anathema a Christo pro fratribus Hebræis. 74 C
Pax triplex relicta nobis a Christo Iesu: cum Deo: cum Proximo: cum seipso. 8. B
Pax vniuersalis, prædicta à Dauid. 10. A
Peccata carnis pessimum fœtorem habent. 241. D
Peccator carnalis porco assimilatur. 242. A
Peccatores inuitantur a Christo ad præmia. 141. B
Peccatoribus proposita corona, in Canticis. 142. C
Peccatorum venia incerta. 285. C
Peccatoris inuerecundi cõuersionis, desperatus est casus. 275. A
Pedes, idest effectus. 230. B
Perfectionis status in quo consistat. 240. B
Pelagij error asserentis, hominem absque ope diuinæ gratiæ posse seruare mandata. 36. B
Pelles Salomonis, symbolum pulchritudinis B. Virginis. 43. C
Persecutio Ecclesiæ tempore Antichristi. 248. A. 254. B. 261. A
s. Petri mira obedientia. 105. D

s. Phi-

s. Philippus Nerius. 30. B
Pœna maior Purgatorij & Inferni, non eſt pœna ſenſus, ſed pœna damni 278. C
Pœnitentiæ laus. 143. A
Poma in Canticis ſunt opera & exempla. 250. B
Pontifex Romanus aſsimilatur Collo & Turri. 237. B. Monti Carmelo. 243. D. Angelo Apocalypſis cap. xviij. 245. A
Populus Hebræus, & Gentilis, indicati per duos hinnulos capreæ gemellos. 135. D
Præcepta Dei non ſunt impoſsibilia. 35. D. 36. C
Pręcepta dilectionis Dei & Proximis omnia alia præcepta in ſe continent. 6. D
Proceſsio paſsiua Perſonarum in Diuinis diſtinguitur realiter à proceſsione actiua. 5. A
Proximo, dum damus, accipimus à Deo. 235. B
Prudentia indicata per Cinnamomum. 149. C
Pulchritudo in quo conſiſtat. 42. A
Pulchritudo Sponſi cęleſtis triplex: in corpore mortali: in tranſfiguratione: in Humanitate glorificata. 55. D
Puer in baptiſmo tribus in locis vngitur: in pectore: in capite: inter ſcapulas. 33. D
Punire, in Deo, non eſt voluntas ipſius abſoluta, ſed quodammodo coacta. 23. D

R

REclinatoria Chriſti duo: in natiuitate: in morte 114. D
Rectitudo triplex: cordis: oris: operis. 41. A
Reginę Salomonis, in Canticis, quid ſignificent. 215. B
Religioſi perfecti, ſunt Turres Eccleſiæ. 241. B
Reſurrectio Chriſti, in Canticis indicata. 169. A
Reuertere, verbum, idem ac Conuertere. 222. C
Roma, dicta Locus ſanctus. 250. C. Electa à Deo Pontificum Sedes. 100. A

S

SAcerdotes indicati per Seniores Apocalypsis. 204. A
Salomon Rex in Canticis expressit desiderium Animæ desiderantis Incarnationem Verbi diuini. 9. A
Salutationis angelicæ verba, *Benedicta tu*, applicata Ecclesiæ. 66. A
Sanguis Christi in millenario numero expressus. 287. C. 288. B
Sepulchrum indicatũ in Canticis per domũ matris meæ. 265. A
Sexagenarius numerus, est numerus perfectionis. 110. B. 214. C
Spinæ, id est, peccata. 64. C
Spiritus sancti aduentus in die Pentecostes, expressus in Canticis. 151. A. Eius inuocatio necessaria. 151. D
Spiritus sanctus nuncupatus Osculum oris. 5. B
Spõsa Christi primaria, Humanitas: secũdaria, B. Virgo. 64. C. D
Sponsa, in Canticis, pulchra, suauis, decora, amica, terribilis appellatur. 207. B. Quare quæsitum Sponsum non inuenit. 95. & 97. Assimilata lilio. 64. C. Quare Sponsum assimilet arbori Malo. 66. D. Quærẽs Spõsũ, Ecclesiã nascentẽ indicat. 98. D
Sponsalia Christi cum Natura humana, indicata pluribus in locis sacræ Scripturæ. 10. A. Implorata à Patribus veteris Testamenti. 10. C
Sponsi Canticę pręstantia. 197. B
Sponsi Iesu verba ad Animam Sponsam. 271. B
Sponsi sodales, per antiphrasin, Dæmon, Mundus, Caro. 45. D
Sponsus, in Canticis, cur assimilatus capreę, hinnuloque ceruorum. 82. A
Status triplex: incipientium: proficientium: perfectorum. 228. D
Sudor Christi in nocte Passionis. 171. C
Sunamitis indicat statum incipientium. 228. D
Superbia facilè regnat in ascensu. 267. D
Suscitare, verbum, in Canticis, declaratur. 79. C. 271. A
Synagoga sub arbore Crucis corrupta. 268. D. Horto nucum assimilata. 219. C
Synagoga cõuersa, appellata in Cãticis ab Ecclesia, *Soror nostra parua*. 280. D

Synagogæ ad Fidem conuersio vaticinata in Psal. 227. 286. D
Synagogæ conuersæ constantia tempore Antichristi. 285. C

T

Tabernaculum, id est, corpus. 43. B
Tectum domus significat mortem,& perseuerantiam finalem. 58. C
Tempus putationis, in Canticis, quale. 86. C
Testamenta, Vetus & Nouum,indicata per duo Vbera Sponsi. 135. D
Thomæ Apostoli incredulitas de resumctione Christi, figurata in Canticis. 169. B. Eius confessio, & resipiscentia. 173. & seqq. Eius pœnitentia, precesque. 177. & sparsim vsque ad finem capitis.
Titulus Canticæ continet in se materiam,formam,auctorē, 5. C
Trahere, *vide*, Deus.
Tribulationes, vocatę Hortus. 289. A. D
Trinitas expressa in Psal. LXVI. 7. D. Expressa in verbis, Osculetur me osculo oris sui. 16. A. 17. D
Turris Dauid, asylus erat peccatorum. 134. A
Turris Libani ædificata a Iudæis contra Damascum.238.C.Respicit contra Damascum, id est, contra Dæmonem. 241. C
Turris & nasi similitudo explicata. 240. B
Turris, translatum, in Canticis, aptatum à Spiritu sancto tribus partibus corporis Sponsæ. 236. B

V

Vagatio triplex: cordis: oris: operis. 45. D
Vbera, in Canticis, quomodo meliora Vino. 26. C
Vbera duo Sponsi, Longanimitas: & Clementia. 136. A. Significant amores spirituales. 26. A
Vbera Sponsæ, duo opera Misericordię indicant.137.A.Et Amorem Dei, & Proximi. 137. D
Vbera, monita sūt æternę vitæ, prouenientia ex charitate. 270. A

Vbera, quinque conditiones habere debent. 137. B
Venter B. Virginis, Lectus dictus in Canticis. 56. C. Assimilatus aceruo tritici vallato lilijs. 232. D
Venter accipitur aliquando pro corpore. 194. D
Ventus aquilonaris, ventus atrox, & frigidissimus. 151. B
Ventus australis, placidus, & suauis. 151. C
Venustas Sponsi,& Sponsæ in Canticis,descripta in Ps. XLIV. 10. B
Verba Ecclesię ad Iesũ,in vltima persecutione Antichristi. 261. B
Verba eiusdem suspirantis Missæ sacrificium, quo priuanda erit ab Antichristo. 262. A. 264. D
Verba Sponsi cælestis ad Angelos, ob conuersam Synagogam. 228. A. Eiusdem ad Synagogam conuersam. 229. B
Verba Synagogæ, sub nominæ Sponsæ, in Canticis, ad Iesum 254. A. 256. C. 257. 258.
Vineę appellatione populus Israëliticus designatur in Psalmis. 286. B
Vini naturalis qualitates quatuor. 73. A
Vini naturalis, & spiritualis, discrimen. 73. A
Vini spiritualis effectus. 73. A
Vinum est symbolum dilectionis carnalis. 17. B. 26. A. Et diuinæ Iustitiæ. 23. C. 25. A
Vinum conditum, in Canticis, est vera contritio, & lacrymatio. 258. C. 265. C
Virginitas ante Christum,& B. Mariam eius matrem,despiciebatur. 65. D
Virgines Malo punico assimilatę, & Genis Sponsæ. 131. A
Virginum laus. 33. C. Modestia, austeritas &c. indicata per Corticem Mali punici. 212. D
Virtutes Cardinales assimilate colũnis argẽteis Cãticæ. 114. B
Visio beatifica explicata per Meridiem. 45. B.
Visitatio B. Virginis ad Elisabeth. 80. A
Visitationis festum cur celebretur immediatè post Octauam S. Ioannis Baptistę. 83. D
Visus falli potest. 27. A

Vitia per Hyemem repræſentata. 85. D
Vmbilici & Ventris operationes in corpore. 232. B
per Vmbilicum & Ventrem ſignificati egeni & ægroti, poſt cõuerſionem Synagogę ſubleuandi ab inopia. 233. A. 234. B
Vmbilicus B. Virginis, Crater tornatilis. 232. D
Vmbra, in ſacra Scriptura, protectionem diuinam denotat; & eſt figura Incarnationis Verbi. 68. B
Vnguentum triplex: deuotionis: pietatis: charitatis. 30. A
Vnio inter populum Chriſtianum, & Hebraicum, vaticinata in Canticis. 231. A
Vox turturis Chriſto benè conueniens. 87. C

Z

ZElus honoris Dei eſt inſatiabilis. 278. D

FINIS INDICIS.





